This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ii. 479x

302251314L

This book is to be returned on or before
the last date stamped below.

19 JUN 1986

LIBREX

TITVLI

STATVARIORVM SCVLPTORVMQVE

GRAECORVM CVM PROLEGOMENIS

EDIDIT

GVSTAVVS HIRSCHFELD

BEROLINI

APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM

A. MDCCCLXXI.

Forsitan hæc aliquis — nam sunt quoque — parva vocabit,
sed quæ non prosunt singula, multa juvant.

OVID. REM. AM.

ASHMOLEAN MUSEUM
LIBRARY
27 FEB 1967
OXFORD

K.67/263

ERNESTO CVRTIO

SACRVM

PRAEFATIO.

Ut quaestiones nimis difficiles et contortas aptissime arithmeticorum more eo dissolvimus, quod primum eas distribuimus in simplicissimas partes, deinde aggredimur singulas, ita cum conditionem veterum statuariorum et sculptorum explorandam mihi sumpsissem, brevi post tempore intellexi, nihil me profecturum esse antea, quam alias quasdam quaestiones, quae in illa continentur, quantum fieri posset, disceptavissem. Nec jam liberum mihi quidem videbatur eligendi arbitrium: per se enim patebat, multo simplicissima et manifestissima monumenta, quae omnium arctissime cum artificibus cohaererent, esse artificum inscriptiones, quibus certiora documenta excogitari non possunt, quoniam ab artificibus ipsis quasi testimonia de se nec raro solae notae posterorum memoriae relicta sunt. Itaque factum est, ut cum et titulos quam plurimos congerere studerem et, quae in congestis animadverteram, litteris mandarem, paullatim titulorum sylloge et commentatio conficerentur eo potissimum consilio, ut me ipsum ad rem ab initio propositam magis promptum efficerem. Iam cum quae conscripsi retractata publici juris faciam spe motus ea fortasse et aliis esse profutura, opus mihi videtur, ut qua mente titulos collegerim et scripserim, brevibus exponam.

Ac primum cum syllogen plenam exhibere vellem, ne mutilos quidem titulos impune a me negligi posse judicavi, praesertim cum plures regiones, quas artis laude floruisse non traditum est, titulorum tantum fragmentis insignes sint. Attamen licet *Brunnii*[1]) et *Overbeckii*[2]) operibus, de quibus vide p. 2, summopere sim adjutus, haud paucas me effugisse inscriptionum ita dispersarum ipse libenter concedo, et iam nunc nonnullae addi potuerunt (p. 200 sq.) ex libris, quos opusculo concinnato demum inspicere licuit. In

---

[1]) Geschichte der griech. Kuenstler von Dr. *H. Brunn.* I. Braunschweig 1853.

[2]) Die antiken Schriftquellen zur Geschichte der bildenden Kuenste bei den Griechen. Gesammelt von *I. Overbeck*, qui in titulis scribendis minusculis usus est; citatur plerumque litteris SQ.

laudandis vero auctoribus et interpretibus eam viam ingressus sum, ut et qui peculiariter de aliquo titulo disseruerant, citarem, et qui facile adeundi plures fontes indicarunt. Deinde cum adnotationes longiores fugerentur, — in diversissimas enim partes traxissent — omnis in digerendis titulis cura posita est; cujus ordinis causa cum aut in litterarum formis aut in rebus vel hominibus memoratis versetur, imprimis in Rhodiorum titulis (65—84) uberiore eget disputatione, quam, si placet, alio quondam loco proponam. Sed ut facilius cognoscatur, quae prolegomenon partes in singulos titulos cadant, conspectus p. 194 sqq. adiectus est.

Denique etiam eas, quae opificum potius quam artificum[1]) videntur inscriptiones, addidi, quales sunt praeter lapidarios (p. 151 sqq.) hae:

tab. Ia. *Τί?]μων ἔγραφέ με*, in Creta insula v. p. 194, 197.

b. *Πρακσίλα [ἐ]μὶ· Θάρίμαχός ἐποιε*, Therae v. p. 194, 197. cf. Boeckh. Abhdlgn. d. Berl. Akad. 1836 p. 69 sqq. 78 n. 4. 6.

VIc. *Παρμένων*, lapidarius, Thasi v. p. 194, 198.

quibus origo et historia inscriptionum bene illustrantur. Quod subsidium minime erat negligendum: quamquam enim ex tabula geographica et conspectu (p. VII sq.) monstratur, titulis apte dispositis, quibus locis et temporibus ars statuaria et sculptura et initia ceperint et creverint et lapsae sint, vel scriptoribus non adhibitis elucere, tamen pro copia, quam olim fuisse credendum est, tam paucae inscriptiones adhuc innotuerunt, ut nihil certi posset enucleari, nisi quam plurima et ex aliis titulis et ex scriptis veterum, quae ad artifices pertinent, auxilio vocarentur. Atque hoc erat prolegomenon (vide p. 7), in quibus brevitati quidem de industria studui, neque quicquam volui afferre, quam quae manifesto ex titulis digestis et collatis consequi videbantur, ita ut legentium studia non tam praeclusa sint, quam potius flagitentur.

Scribebam Berolini d. XXIV m. Octobr. MDCCCLXX.

---

[1]) quamquam C. Fr. Hermanno (Stud. d. gr. Kuenstler p. 46 not. 9) non concedendum est, *opifices* et *artifices* a Romanis eodem fere modo distinctos esse, atque a nobis *Handwerker* et *Kuenstler*, tamen ne oratio debito magis impediretur, illa verba saepius hac sententia usurpavi; plerumque autem *statuarios* et *sculptores* nominavi — nostrates dixerint *bildende Kuenstler* —: *statuarium* enim eum esse, qui statuas ex aere efficit, non est, quod testimoniis firmetur (vide, si tanti est, Quintil. II, 21, 10 cf. p. 175); *sculptorem* eundem ac nostrum *Marmorbildner* haud paucis probavit, ne remotiores citem, Forcellinius, quem vide s. v. cf. etiam I. Sillig. catal. artiff. praefat. p. VIII sq.

CONSPECTUS.

Prolegomena: Pag.

caput I. § 1 de titulis quos nunc habemus agitur 1
§ 2 de varia titulorum, quibus opera ornata erant fortuna . . . 8
„ II. § 1 de inscriptionibus universis agitur 13
§ 2 de inscriptionum oratione agitur: de versibus inscriptis . . 16
§ 3 de titulis qui soluta oratione compositi sunt agitur 19
„ III. § 1 de aoristi et imperfecti usu in artificum Graecorum inscriptionibus 23
quaestionis de patribus et ethnicis inscriptis causa 28
§ 2 de patribus quorum Graeci artifices in titulis mentionem fecerunt 30
§ 3 de ethnicis inscriptis 42
excursus I. de artificibus qui eadem nomina habuerunt . . 45
„ II. de artificibus qui una opera fecerunt 47
„ IV. quo in usu statuarii sculptoresque inscriptiones habuerint . . . 54

Sylloge epigrammatum statuariorum sculptorumque Graecorum:

A. tituli vetustissimi reperti in Asia et Aegei maris insulis n. 1—5 67
„ „ „ in Graecia (ante ol. 80) n. 6—14*** . . 68
tituli in Graecia reperti
qui inde ab ol. 80 usque ad ol. 100 exarati videntur n. 15—25 73
„ in Asia n. 26, 27 77
tituli reperti in Graecia artificum qui inde ab ol. 100 — ol. 130 vixerunt n. 30—64a 78
„ „ in Aegei maris insulis (inde a IV a. Chr. sec.) n. 65—84 94
„ „ in Asia n. 85—93 106
tituli artificum in Graecia natorum
1) in Italia reperti (post ol. 158) n. 94—106 109
2) in Graecia reperti (ab ol. 150) n. 107—135 113

Pag.
tituli artificum in insulis Aegei maris et Asia natorum
1) in Italia reperti n. 136—149 125
2) in insulis et Asia reperti (Romanae dominationis aetate) n. 150—165 131
tituli artificum in Italia reperti, quorum patria
1) Italia n. 166—168 135
2) incerta n. 169—174 136
inscriptiones non ab artificibus ipsis profectae n. 175—191 139
index nominum quae num artificum sint dubitari potest n. (192—204) 143
inscriptiones errore in artis antiquae historiam illatae n. [205—211] . 146
tituli suspecti et falsi n. [212—220] 148
λατύπων tituli n. 1—8 151
B. Inscriptiones quibus artificum mentio fit:
rationes relatae n. 1—4 155
index artificum Thebanorum n. 5 157
inscriptiones votivae n. 6—8 158
tituli sepulcrales n. 9—12 159
in herma n. 13 160
inscriptiones neque ad artificia neque ad artifices pertinentes, quibus artifices vel homines ex eorum gentibus exorti inesse videntur n. 14—18 160
Inscriptiones artificum, quas veteres scriptores tradiderunt n. 1—28 163
Appendix titulorum artificum Romanorum n. 1—13 171
De marmorariis, lapidariis, aerariis breviter exponitur 174
Metra basium 179
Index nominum artificum 186
Index ethnicorum artificum 192
Recensus locorum artificum inscriptionibus insignium 193
Conspectus titulorum, qui in prolegomenis allati sunt 194
Unde inscriptiones in tabulis adjunctis descriptae fluxerint 197
Addenda et corrigenda 199
Notas v. p. 186.

CAPUT I.

§ 1.

DE TITULIS, QUOS NUNC HABEMUS, AGITUR.

Si quis titulos veterum artificum tractare sibi proposuit, facere non potest, quin à Graecorum titulis disputandi initium capiat. Quamvis enim in Aegypto et Assyria, quas jam tot seculis ante Graeciam floruisse constat, templa, statuae, vasa, gemmae, monumenta cujusvis generis servata extent, eaque mirifica integritate, auctorem se ipsum nuncupasse in opere, quod perfecit, prorsus inauditum est. At Graeca artificia, quippe quae nec tam ingentia sint nec tam firma, quam Aegyptia et Assyria, cum misere mutilata aetatem tulerint, omnino diversos artificum animos, artis dignitatem diversam ipsae jam antiquissimae artificum inscriptiones etiam nostra aetate evincunt. Atque in his quanta regnat varietas! Primum enim artifices cujusque generis facillime discernuntur: alia se inscribendi ratio vascularii, alia scalptoris, alia denique statuarii sculptorisque[1], qua quidem re intercessisse quiddam inter artifices neque omnes omnium generum eadem vitae condicione usos esse, ut voluerunt quidam[2], luculenter effectum videtur.

---

[1] Liceat breviter adnotare, et vasorum fictilium confectores et scalptores saepissime sola nomina operibus inscripsisse cum verbo faciendi conjuncta; quodsi alia de se indicia fecerunt, eos statuarios sculptoresque, qui modo patrum nomina modo patrias addiderunt, imitatos esse postea videbimus.

[2] C. F. Hermann: Studien der griech. Künstler (Göttinger Studien 1847) p. 44 sqq. idem in Privat-Alterth. § 42, 13. — H. Frohberger: de opificum apud veteres Graecos conditione (Grimae MDCCCLXVI) p. 17 sq. qui omnes artifices apud veteres sordide vixisse voluerunt praecipue philosophorum sententias secuti; contra

At nobis agere in animo est de statuariorum sculptorumque titulis, de quibus universis rarissime adhuc disputatum est.

Ac primum quidem Carolus Datius[1] inscriptiones veterum artificum tractavit, qui scriptorum locis diligenter congestis pro copia, quae tunc extabat, titulorum bene et ingeniose disseruit. Nostris temporibus de re nobis proposita nemo fere egit uno Franzio excepto, qui in elem. epigr. p. 343 brevissime, ut illi loco convenit, pauca quaedam dixit. Siqui circa singula versati sunt, eos suis locis adhibebimus.

Mirari autem non possumus, perpaucos tantum viros d. de re nobis proposita quaesivisse; quod ut intelligamus, meminerimus, quot tituli etiam Lessingio, qui in Laocoontis § XXVII in iis versatus est, praesto fuerint; citavit enim et quos M. Gudius collegerat in commentario ad Phaedri libri V prologum facto et quos Gronovius in thesauri tomi IX praefatione Gudianis addiderat, qui omnes non plus quattuordecim vel quindecim sunt. Nostris autem diebus summo studio quae invida terra condita sunt monumenta antiqua eripiuntur, ita ut in dies fere etiam artificum nomina adhuc inaudita titulis repertis innotescant. Atque earum quidem artificum inscriptionum quas nunc habemus, Henricus Brunnius, qui ante hos XVIII annos priorem historiae artificum Graecorum tomum publici juris fecit, tertiam fere partem non jam cognitam habuit; deinde ne Overbeckius quidem, qui nuperrime in libro utilissimo scriptorum veterum dicta, quae ad artifices spectant, composuit, omnes inscriptiones, quae nunc extant, addidit aliis de industria omissis, quae ab illius re alienae viderentur, aliis, quae passim dispersae sunt, neglectis, aliis denique non jam cognitis, quae novissime in lucem prolatae sunt.

Sed jam audio monentem, me alteram tantum titulorum artificum classem respexisse, non solum enim inscriptiones, quae etiam-

---

disputaverunt Ad. Stahr. (Torso I p. 395—456) et H. Basin (de la condition des artistes dans l'antiquité grecque. Nice 1866), qui quidem vel minus placent narratiunculis potissimum addicti, quae passim de celeberrimis artificibus traditae sunt; ita ex aliis fontibus alia fluxerunt; ab his omnibus autem nec tempora nec loca satis distincta sunt.

[1] Vite de' pittori antichi (Napoli 1730) p. 104—114. — Chr Dan. Beckius in comment. I de nominibus artificum aliisque in monumentis artis antiquae interpolatis (Lips. 1832) rei propositae nullam fere lucem attulisse putandus est.

nunc in lapidibus leguntur, nobis consulendas esse, sed etiam si quas forte veteres scriptores nobis tradidissent. Atque ex his quidem praecipue in nostram rem cadunt Pausanias, Plinius, poetae, quorum epigrammata artificia celebrant, de quibus nunc exponemus.

Peropportune autem contingit, quod de anthologiae graecae epigrammatis O. Benndorfius accuratam quaestionem instituit[1], qui cum vetustiora epigrammata ad unum omnia veras inscriptiones fuisse constituisset, demonstrativa (ἐπιδεικτικά) illa epigrammata post Alexandri Magni aetatem factitata mere lusoria esse probavit. His igitur omissis, quae neque ab artificibus ipsis profecta neque eorum in usum composita sunt, pauca tantum in nostram collectionem recepimus (scr. 6, 13, 14, 25, 26.) omnino Benndorfii addicti sententiae, nisi quod de illorum demonstrativorum carminum usu pauca quaedam nos afferre posse credimus (p. 19).

Plinium vero in nat. hist. libris XXXIII—XXXVI, quatenus ad artificum historiam pertinent, non tam ex inscriptionibus (cf. scr. 27) quam ex libris de arte scriptis hausisse satis manifestum est[2]; quamquam veterum qui de arte scripserunt auctorum ratio accuratius investiganda adhuc desideratur.

Jam venimus ad Pausaniam periegetam, quem diserte artificum inscriptiones rarissime afferre in tanta artificum et artificiorum copia, cum ex collectione nostra primo obtutu clarum fiat (scr. 2, 3, 4, 5, 7, 7[a], 7[b], 7[c], 9, 10, 12, 16, 18, 19, 20), nunc quaerimus, num forte illum artificum inscriptionibus saepius usum esse certis indiciis probari possit. Huc accedit, quod omnes illi tituli, quos Pausanias tradidit paullo memorabiliores sunt, duodecim enim certe poetico sermone compositi sunt, quibus fortasse etiam 2 et 8 addi possunt, Praxitelis autem inscriptio (20) litteris antiquioribus insignis erat. Quae cum ita sint, veri haud absimile videtur, Pausaniam inscriptiones minus inusitatas de consulto non ad verbum attulisse; sed hanc rem longius repetere juvabit.

Praeter illas igitur inscriptiones alios operum auctores se fando

---

[1] de anthologiae Graecae epigrammatis, quae ad artes spectant, diss. inaug. Bonnae 1862.

[2] Ad. Brieger. de fontib. librr. XXXIII—XXXVI nat. hist. Plinianae, quatenus ad artem plasticam pertinent dissert. inaug. Gryphiae 1857. — H. Brunn. de auctorum indicibb. Plinianis (Bonn. 1856) p. 40 sqq.

accepisse periegeta indicavit (*λέγουσι, μνημονεύουσι, φασί*), alios aliquod artificium perfecisse simpliciter affirmavit (*τέχνη, ἔργον, ἐποίησε, εἰργάσατο*). Quodsi ita esset intelligendum, ut hos etiam operibus inscriptos fuisse nobis putandum esset, illos vero, quos fecisse ab aliis audivit (*φασί* etc.) non fuisse inscriptos, satis firmum inscriptionum indicium haberemus. Cui rei ne nimium credamus, eo movemur, quod haud raro alter afferendi artificis modus alteri prorsus respondet:

VI, 10, 9: *Λυκίνου δέ ἐστιν ἀνδριὰς Κλέωνος τέχνη, τὸν δὲ Τέλλωνα ὅστις εἰργάσατο οὐ μνημονεύουσι* V, 20, 2: *Κωλώτου δέ ἐστιν ἔργον, εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἡρακλείας.* VI, 8, 1: *τοῦ μὲν τὸν ποιήσαντα οὐ λέγουσι, τὴν δὲ τοῦ Ἀμέρτου Φράδμων ἐποίησεν Ἀργεῖος* cf. VI, 3, 7: *Εὐπολέμου δὲ τὴν μὲν εἰκόνα Σικυώνιος εἴργασται Δαίδαλος, τὸ δ' ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ μηνύει κτέ.* et V, 25, 4: *τὸ μὲν δὴ ἐπίγραμμα ἐδήλου τὸ ἀρχαῖον ἀναθήματα εἶναι τῶν ἐν πορθμῷ Μεσσηνίων — ἔργα δέ εἰσιν Ἠλείου Κάλλωνος αἱ εἰκόνες.*

Deinde I, 33, 3 de Nemesis statua Rhamnunte posita Pausanias tradidit *τοῦτον Φειδίας τὸν λίθον εἰργάσατο*, quod etiamsi verum esse concedimus, tamen Phidiae nomen operi subscriptum non fuit, immo vero Agoracriti nomen statuae vel tabellae ex statua pendenti inscriptum fuisse memoriae traditum est[1], ita ut hoc potissimum opus Phidias »illius nomini donasse«[2] videatur. Similiter Matris Magnae statuam, quam Agoracrito Plinius tribuit[3], Pausanias I, 3, 5 Phidiam fecisse affirmavit *Φειδίας εἰργάσατο.*

Quae cum ita sint, ex illis *ἐποίησεν εἰργάσατο, τέχνη ἐστίν* colligere non possumus, artificum nomina etiam in operibus fuisse.

Jam propius ad nostram rem accedamus. Pausaniam omnes operum inscriptiones, quas vidit, attulisse cum per se minime probabile est, tum exemplis insuper explodi potest: I, 23, 8, *ἵππος δὲ ὁ καλούμενος δούριος ἀνάκειται χαλκοῦς*, quem equum deinde accuratius descripsit artifice non allato, quem Strongylionem fuisse inscriptione reperta (n. 17) scimus. I, 23, 4 *ἄγαλμα . . . . Ἀθηνᾶς*

---

[1] Suid. et Phot. s. v. *Ῥαμνουσία Νέμεσις.* Zenob. V, 82.
[2] XXXVI, 17.
[3] XXXVI, 17.

ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας, quam et Plinius XXXIV, 80 et inscriptio n. 18 Pyrrhi Atheniensis opus fuisse nos edocuit. I, 24, 2 κεῖται δὲ καὶ Φρίξος... θύσας τὸν κριόν, ad quam statuam et Plinius l. l. spectat his verbis: »Naucydes.... immolante arietem censetur« et inscriptio n. 21[1]. Menandri statuam, quae erat in Atheniensium theatro, Pausanias I, 21, 1 memoravit, quis fecerit, non tradidit, quamquam scriptum fuisse in basi Κηφισόδοτος Τίμαρχος ἐπόησαν ex n. 35 cognoscimus. Quibus adjicias, ut Cresilam omittamus[2], I, 23, 9 Ἐπιχαρίνου τὴν εἰκόνα ἐποίησε Κριτίος (Κριτίας mss.), sed Critius et Nesiotes fecerunt (n. 10). — Quodsi exempla ex primo tantum libro promere licuit, de Atheniensium artificiis et per alios scriptores et inscriptionibus repertis optime edocti sumus: ex perpaucis illis artificibus (XII), qui simul in Pausania et in lapidibus leguntur, octo in titulis Athenis repertis apparent. Quamquam negare non possumus Pausaniam ineunte opere rerum copia perturbatum multa minus apte enarrasse et disposuisse quam in libris sequentibus[3]. Illa autem quae modo attulimus intelligi non possunt, nisi Pausaniam in artificiis eligendis et in operum auctoribus afferendis totum se dedisse[4] iis putabimus, qui singula ei monstrabant, exegetis. Cujus rei testimonia etiam haec sunt: Praxitelis mentio cum libb. I, II, V, VI jam facta esset, demum VIII, 9, 1 ejus aetas ita refertur: Πραξιτέλης δὲ τὰ ἀγάλματα εἰργάσατο τρίτῃ μετὰ Ἀλκαμένην ὕστερον γενεᾷ, quod exegetae sane ideo enarrare solebant, quia eodem loco et Alcamenis Aesculapius dedicatus erat. Similiter judicium de Alcamenis arte, quem jam I, 1, 5. 8, 4. 19, 2. 20, 3. II, 30, 2 Pausanias memoraverat, demum V, 10, 1 latum est: Ἀλκαμένους ἀνδρὸς ἡλικίαν τε κατὰ Φειδίαν καὶ δευτερεῖα ἐνεγκαμένου σοφίας εἰς ποίησιν ἀγαλμάτων: nempe comparabant exegetae duorum illorum artificum tempora et virtutes, cum idem templum

---

[1] qua re Briegerus l. l. p. 56 Plinium illud ex catalogis Romanis hausisse immerito suspicatus est. Quod gravioris est momenti; non omnia enim artificia, quae „laudari“ vel „censeri“ Plinius tradit, ex catalogis, si quidem fuerunt, petita videntur.

[2] fortasse enim ejus inscriptio 16 non ad Diitrephis statuam (Pausan. I, 23, 3) pertinet.

[3] E. Curtius: Peloponnesus. I p. 142 not. 10. — Chr. Schubart in commentatione de Pausania, quae Pausaniae in Germ. linguam translato adjuncta est, p. 9.

[4] cf. E. Curtius: VII Karten zur Topogr. v. Athen. p. 48 sq. — C. Wachsmuth. mus. rh. 1869 XXIV p. 35.

ambo ornassent. Ita Lysippum quoque, quem periegeta jam I, 43, 6 nominaverat, Sicyonium fuisse enarravit II, 9, 8 ubi de illius Heracle aeneo agitur Sicyone posito, qua in urbe certe indigenae artificem illum celeberrimum suum civem esse superbia quadam affirmabant.

Sed non omnia, quae ad artifices pertinent, Pausanias ab exegetis accepit, bis enim ipse mentionem injecit scriptorum, qui de arte plastica agebant: V, 20, 2 *οἱ πολυπραγμονήσαντες σπουδῇ τὰ ἐς τοὺς πλάστας* et V, 23, 3 *οἱ συγγράψαντες τὰ ἐς πλάστας* (*Πλαταιάς* edd. codd.), quibus quidem non bis tantum Pausaniam usum esse per se patet, deinde tenendum est, illa *λέγουσι, μνημονεύουσι* non solum ab eo dicta esse in iis, quae fando accepit, sed etiam quae ex scriptis hausit, quod praecipue elucet, ubi duae controversae sententiae referuntur:

II, 15, 1 *Σκύλλις καὶ Δίποινος . . . μαθητὰς δὲ εἶναι Δαιδάλου σφᾶς, οἱ δὲ καὶ γυναῖκα ἐκ Γόρτυνος ἐθέλουσι λαβεῖν Δαίδαλον καὶ τὸν Δίποινον καὶ Σκύλλιν ἐκ τῆς γυναικός οἱ ταύτης γενέσθαι* III, 17, 6 *Κλέαρχος . . . δν Διποίνου καὶ Σκύλλιδος οἱ δὲ αὐτοῦ Δαιδάλου φασὶν εἶναι μαθητήν.* Ex his igitur de arte plastica scriptoribus, quorum libri fortasse litterarum ordine dispositi erant, tria illa sollemnia indicia, quae afferre tantum interfuit Pausaniae: *πατρὶς, ἡλικία, διδάσκαλος* cf. III, 18, 9. V, 22, 5. 23, 5. 25, 11. 26, 2. VIII, 53, 7. Ita periegeta, si cujus operis auctorem acceperat, libros illos evolvit, et quod repperit addidit: jam intelligimus, quid sibi velint V, 24, 1 *Μούσου ποίημα, ὅστις δὴ οὗτός ἐστιν ὁ Μοῦσος* et X, 18, 6 *Τισαγόρου τὸ ἔργον, ὅστις δὴ ὁ Τισαγόρας*, quibus compara haec, quae sunt in II, 7, 2 *Λύκου Μεσσηνίου μνῆμά ἐστιν ὅστις δὴ οὗτος ὁ Λύκος· οὐ γάρ τινα εὑρίσκω* (in Olympionicarum indicibus cf. III, 21, 1. VI, 13, 10.) *Μεσσήνιον ἀσκήσαντα πένταθλον οὐδὲ Ὀλυμπικὴν ἀνῃρημένον νίκην.* Ita sane etiam de Muso et Tisagora scripta consuluerat. Quod vero Pausanias, quos libros saepius adhibuit, bis tantum diserte nominavit, non mirum in scriptore, qui, cum Herodoti simplicitatem summo studio affectaret[1], etiam id egit, ut quam plurima aut fando accepisse aut ipse conjecisse videretur. Quod ut in universas Pausaniae res valet, ita etiam in

---

[1] Praecipue consulendus O. Pfundtner. Pausanias periegeta imitator Herodoti. diss. inaug. Regiom. 1866. cf. eundem in Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1869 p. 443.

artificum nomina tradenda. Eum enim inscriptiones omnino neglexisse minime probabile est: inde igitur VI, 9, 1; 10, 9 *Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης*, et VI, 9, 5; 9, 9; 10, 3; 11, 9 *Γλαυκίας* quater *Αἰγινήτης* nominatur. Cf. etiam ad I, 28, 2 ubi currus aeneus in Atheniensium arce dedicatus affertur, epigramma apud Herodot. V, 77. ad III, 21, 1 Anthol. Gr. Pal. XIII, 14. ad VI, 15, 3—5 de Clitomacho Olympionica Anthol. Pal. IX, 588, quibus locis Pausanias nonnulla ex inscriptionibus hausisse videtur. Artificum autem titulos saepius ab eo ipso vel ab iis, quibus sua debuit, consultos esse, etiam clarius apparebit in ea parte, quae est de patribus artificum inscriptis, ubi concordiam inter inscriptiones et Pausaniam summam esse videbimus. Peculiares autem inscriptionum formas Pausanias rarissime retinuit, qui inscripta, ab exegetis accepta, ex libris sumta de artificibus ipse arte conjunxit.

Haec autem dicta sunt de fontibus, unde, quae de artificibus tradidit, Pausanias hausit; de quibus accuratius disputandum erat, ut quam rationem inscriptionum artificum ille habuisset, cognosceremus.

Quibus expositis expediti aggrediamur ad inscriptiones, quae manserunt, et primum quidem orbem quasi, quo illae continentur describamus. Tituli autem, quos habemus, non consilio quodam electi, sed casu fortuito ex plurimis aliis, qui fortasse gravioris erant momenti soli aetatem tulerunt; qui quamquam inductionem minus permittere videntur, nisi cum scriptorum dictis collati et comparati tamen eam habent virtutem, quibus quam late veterum ars patuerit, multo magis vivida exprimatur imago. Ingens sane vastumque spatium[1], quod titulis statuariorum et sculptorum veterum occupatur, cujus extremae orae Aegyptus superior, Sidon Phoenices urbs, Vienna Galliae oppidum; sin vero tabulam accuratius inspexeris, multo plurimas inscriptiones arctiore orbe circumscribi videbis, qui Rhodo et Creta insulis, Asiae oris, Graecia ipsa, meridionali et media Italia dèfinitur, atque praecipue Athenae (LXXX fere), Rhodus (XXV), Roma (XXXVI) titulos nobis praebuerunt. Quae cum ita sint non plus ducentos quinquaginta lapides repertos esse artificum nominibus insignes jure maerendum

---

[1] V. tabulam geographicam titulorum collectioni adjunctam.

est; huc adde abundantiam illam artificiorum summo opere admirandam[1], quam apud Graecos fuisse et memoriae proditum est et ex reliquiis etiamnunc evidentissime elucet, ita ut facile nobis persuadeamus permultos artificum titulos interiisse; quare nunc, quam variam fortunam illi subierint, quaestio instituatur.

§ 2.

DE VARIA TITULORUM, QUIBUS OPERA ORNATA ERANT FORTUNA.

Sunt fortasse, qui Graecos ipsos artificum titulos eo diminuisse putent, quod quae statuae priore aetate heroïbus et viris de patria optime meritis dedicatae erant, eas Romanae dominationis tempore misera adulatione commoti in Romanorum quorundam honorem verterunt, quos ipsis utiles fore sperabant; atque in eas statuas, quas ipsi dicebant *μετεπιγεγραμμένας*[2], cadit illud *τὸ μὲν ἐπίγραμμα ῥωμαΐζει, ὁ δ' ἀνδριὰς ἑλληνίζει.* Ut vero statuae, ita etiam epigrammata, quae priorem honorabant, manserunt, quod et Dionis Chrysostomi orat. XXXI § 150 (p. 410 Emper.) *μένει τὰ τῶν τιμηθέντων ὀνόματα καὶ τὰς ἐπιγραφὰς οὐδεὶς ἂν ἀπαλείψειεν* et multa exempla probant[3].

Immo statuis sublatis, cum in eadem basi aliae ponerentur, antiquiores inscriptiones non oblitteratae sunt (31ª 32. 119ª 120). Quod vero Graeci statuas dedicatas pro sacrosanctis habuerunt[4], fortasse ad titulos quoque servandos redundavit.

---

[1] Fr. Jacobs. über den Reichthum der Griechen an plast. Kunstwerken. München 1810 (= Ges. Schr. III p. 417 sqq.)

[2] [Plut.] vit. X orr. Isocr. p. 839 D cf. Cic. ad Att. VI, 1, 26. Dio. Chrys. or. XXXI § 9 et § 34 (p. 364, 372 Emp.).

[3] Cf. Pausan. I, 2, 4. syll. n. 10ᵇ. 19*. 28, 31ª 32. 46. 47. 59*. 116. 119ª 120. Saepius majorum statuae hominibus eadem gente exortis dedicatae esse videntur: n. 31ª 32. cf. Pausan. VIII, 9, 9. v. L. Ross. arch. Aufss. I 170. C. Keil. Philol. tom. suppl. 1863 p. 563. Rangabeus antiq. graec. II 1100. Lebas. inscr. II p. 73 n. 339.

[4] Jacobs. l. l. (v. p. 7 not. 2.) p. 62 not. 143. (= III p. 534) Vitruv. de archit. II 8 § 15 (p. 52 ed. Rose et Müller-Strüb.) de tropaeo ab Artemisia Rhodi posita.

Cum autem Graecia a Romanis victoribus plurimis et egregiis statuis spoliaretur[1], bases, cum marmore et Italia abundet, certe relictae sunt. Huc quoque referri possunt Pausaniae dicta VIII, 30, 5: *πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Μητρὸς ἀνδριὰς μὲν οὐδείς ἐστι, δῆλα δὲ ἦν τὰ βάθρα ἐφ' ὧν ἀνδριάντες ποτὲ ἑστήκεσαν.* VIII, 38, 5: *ἔστι δὲ αὐτόθι* (in Lycaeo monte) *ἀνδριάντων βάθρα οὐκ ἐπιόντων ἔτι ἀνδριάντων, ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ τῶν βάθρων.* VIII, 49, 1: *οὐ πόρρω δὲ τῆς ἀγορᾶς* (Tegeae) *θέατρόν τε ἐστι καὶ πρὸς αὐτῷ βάθρα εἰκόνων χαλκῶν· αὐταὶ δὲ οὔκ εἰσιν ἔτι αἱ εἰκόνες ἐλεγεῖον δὲ ἐφ' ἑνὶ τῶν βάθρων κτλ.* et illum usum communem fuisse Ciceronis quoque docent in Verr. act. II or. IV §§ 78, 97, 127[2]. Evidentissime autem Romanos bases secum non portasse eo demonstratur, quod nulla artificis inscriptio tota Italia adhuc reperta extat, quae ante ol. 158 scripta videatur, quamquam vel antiquissimorum artificum opera Romae fuisse[3] nemo est, quin ignoret; probatur insuper Bupali, Democriti, Calamidis Callimachi aliorum titulis[4], quos non ab artificibus ipsis profectos esse et scriptura et basium formae evincunt[5].

In Graecia autem certe non omnes bases statuis ereptis intactae manserunt, et, ut hoc unum tantum moneam, quingentis illis statuis a Nerone Delphis sublatis bases inanes locis suis stetisse nec Pausanias X, 7, 1 tradidit, nec verisimile est, qua re concedendum videtur, jam veteres ipsos saepius illos lapides quadratos, qui optime usui conveniunt, ad aedificia extruenda adhibuisse, quod posteriore tempore saepissime accidisse permultis lapidibus, quos in aedificiorum muris inclusos etiamnunc videre possumus (n. 8ᵃ, 15, 17, 23*. 44ᵃ. 62*. 107ᵃ. 123. 160. 161) confirmatur, atque ita haud paucos artificum titulos interiisse facile credes. Quibus variis autem modis bases medio aevo et nostris quoque

---

[1] Otfr. Mueller. Hdb. d. Arch. III ed. § 165 p. 174 sqq.

[2] cf. Winckelm. hist. art. IX, 3, 12 O. Jahn. Arch. Beitr. p. 19 not. 17 quamquam Leocharis inscriptionem, de qua illi disputant ll. ll., haud genuinam esse Brunnius docuit (hist. artiff. I addend.) De eadem re quae Bergkius disputavit (in lect. ind. Marb. 1846 sem. aest.) inspicere non licuit, sed v. L. Ross. arch. Aufss. II p. 293. sqq.

[3] Augustum talia »proprio quodam intelligendi ambitu« (Quintil. XII, 10, 3) praetulisse constat: Paus. VIII, 46, 4. Plin. XXXVI, 13.

[4] n. 175 sqq.

[5] H. Brunn. mus. Rh. n. ser. VIII, p. 235 sq.

temporibus deletae sint, describi non potest: aliae certe fractae, aliae ad calcem coquendam consumptae sunt; quam multae denique etiamnunc sub terra jaceant sepultae!

At Romani nonne statuis in Italiam delatis auctorum nomina denuo subscripsere? sed memineris, plerumque bellis finitis statuas raptas esse »belli lege atque imperatio jure« (Cic. Verr. act. II or. 1 § 57)[1] a ducibus, quorum animi in id solum intendebant, ut et triumphos suos magnifice ornarent et reipublicae gloriam tot operibus captis augerent, quod artificum nomina certe non adjuvissent, quippe quae omnes Romani ignorarent. Fortuna autem fautrice satis edocti sumus, qua ratione Romanorum duces in signis inscribendis usi sint. Cicero enim in Verr. act. II or. I. § 57 P. Servilium Vatiam Isauricum, quem circiter anno 74 a. Chr. (680 a. u.) de Isauris et Ciliciis piratis triumphasse constat, summis laudibus extulit, quia signa et ornamenta capta in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curasset. Deinde relatis rationibus P. Servilii haec dixit: »non solum numerum, sed etiam uniuscujusque magnitudinem, figuram, statum litteris definiri vides;« sane artificum nomina vir ille bonus nihil curaverat, qui quae statuis captis subscripsit ostenditur hoc titulo (C. I. lat. I p. 559 n. 1506):

P. Servilius C. f.
Isauricus
imperator cepit.

Atque idem fere inscripsisse statuis M. Marcellum Sicilia devicta docetur titulo 531 l. l. M. Fulvium Nobiliorem Aetolia domita titulo 534[2]. Mummii tituli sunt 541—546 ac prope lapides, quibus incisi sunt duo tituli 543:

L. Mummius cos.
vico

duo signa humi jacentia »elaboratissimae industriae Graecorum« vi-

---

[1] Pausan. quoque VIII, 46, 4 ubi statuas a victoribus jam antiquissimis temporibus raptas esse dixit: *βασιλεὺς μὲν δὴ Αὔγουστος καθεστηκότα ἐκ παλαιοῦ καὶ ὑπό τε Ἑλλήνων νομιζόμενα καὶ βαρβάρων εἰργάσατο.*

[2] adde de Rossi bullet. del. inst. arch. 1869 p. 8 de basi M. Fulv. Nobilioris nuper reperta.

dit Mommsenus ipse (l. l.), sed de artificum nominibus nihil innotuit. Huc denique adde Plinii nat. hist. libri XXXVI § 27: »Romae quidem multitudo operum, etiam oblitteratio ac magis officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione tamen abducunt..... qua de causa ignoratur artifex« etc., ubi nota nihil dictum esse de inscriptionibus memoriam juvantibus: Romae igitur operibus publice positis auctorum nomina plerumque non subscripta esse videntur.

Sin vero Romani quando statuas auferendas artificum nominibus ornarunt, ita fecisse videntur, ut nomina in signa ipsa transcriberent, (scr. 12[b] cf. 11), quod et eorum mori convenire postea videbimus.

Cum vero privati homines »circa statuas et imagines insanire carius inepti« inciperent, non ut Romanae reipublicae splendorem augerent, sed ut signa »in villarum exilia pellerent« (Plin. nat. hist. XXXV, 26)[1], quam rationem in operibus Graecis inscribendis eos secutos esse existimabimus? Atque primum quidem cum summum putaretur

artificum veteres agnoscere ductus
et non inscriptis auctorem reddere signis

(Stat. silv. IV, 6), facile credes, multa signa artificum nominibus non fuisse ornata. Huc accedit, quod tabulas fuisse constat, quibus operum possessor et quanti emisset et quis fecisset, modo ipse sciret, inscribendum curavit (Cic. in Verr. act. II or. IV §§ 36, 42).

Verumtamen et inscriptionibus (n. 175 sqq.) et veterum scriptorum dictis probatur, praecipue celeberrimorum artificum Graecorum nomina operibus subjecta esse, cujus rei testis Martialis IX, 44 (ed. Schneidew. — scr. 23):

inscripta est basis indicatque nomen
Ἀναίππου lego, Phidiae putavi.

Neque omnes, ut Plinius Caecilius secundus[2], cum aliquam statuam dedicarent, auctoris nomen neglexerunt, immo saepius certe tam

---

[1] De Romanorum operum collectionibus Böttiger. ges. Schr. p. 8. Ludw. Friedlaender. Kunstsinn der Römer p. 33 sqq. cf. C. F. Hermann. Ueber den Kunstsinn der Römer p. 60 sqq. inde ille Eutyches »officinator a statuis« et Agrypnus »a statuis« Böttig. l. l. R. Rochett. lettre. p. 185 n. 7 et not. 5 cf. Juvenalis sat. XIV v. 305.

[2] Epist. III, 6.

eleganter addiderunt, quam Cicero descripsit (in Verr. act. II or. IV § 93. scr. n. 11): »Apollinis signum ..... cujus in femore litteris minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum« quod a statuario ipso factum esse veri dissimillimum.

Sin vero meminerimus Romanos poetas sexcenties fere summorum artificum operum mentionem fecisse, quae homines privati possiderent, non mirabimur permulta artificia a callidis Graeculis illorum nominibus immerito esse ornata: itaque Phaedrus prolog. libr. V v. 4—7 haec dixit:

ut quidam artifices nostro faciunt seculo
qui pretium operibus majus inveniunt, novo
si marmori adscripserunt Praxitelem suo,
detrito Myronem argento.

huc Zenobius quoque spectat V, 82 .... *καὶ ἄλλοι γὰρ πολλοὶ ἐπὶ τῶν οἰκείων ἔργων ἕτερον ἐπιγεγράφασιν ὄνομα*; cujus rei exempla fortasse haberi possint »opus Phidiae« et »opus Praxitelis« (188. 189.)

Sed haec hactenus, nunc in titulorum usum et rationem inquiramus.

CAPUT II.

§ 1.

DE INSCRIPTIONIBUS UNIVERSIS AGITUR.

Inscriptionum artificum causa ea fuit, ut diserte, quis fecisset opus, indiceretur. In iis autem, quanta regnet varietas et ipsi diximus (p. 1) et ex collectis titulis cognosci potest; verumtamen quamquam aliorum artificum aliae fuerunt inscriptionum formae, id tamen tenendum videtur, eundem artificem eadem inscriptione uti esse solitum. Qui usus, quam late patuerit, ut accuratius intelligas, aspice hunc, quem praebemus, titulorum artificum indicem, quorum plus unus fato favente aetatem tulit:

1. (8) *ἔργον Ἀριστοκλέους* (8ª) *Ἀριστοκλῆς ἐπόησεν.*

2. (16) *Κρησίλας ἐπόησεν* (16ª). *Κρησίλας ἐπόησεν Κυδωνιάτας.* (scr. 14) *Κυδωνιάτας Κρησίλας εἰργάξατο,* sed hic versus est.

3. (31, a, b.) *Λεωχάρης ἐπόησεν.*

4. (32) *Σθέννις ἐπόησεν — Σθέννις ἐποίει,* quod non ab artifice ipso inscriptum esse Brunn. recte monuit mus. Rh. n. ser. t. VIII p. 235.

5. (35, 35 b.) *Κηφισόδοτος Τίμαρχος ἐποίησαν* 35 c. *Κηφισόδοτος Τίμαρχος Ἀθηναῖοι ἐποίησαν* 35 a. *Κηφισόδοτος Τίμαρχος Ἐρεσίδαι* sed haec est dedicantium potius quam artificum inscriptio.

6. (44, 44 a) *Νικόμαχος ἐπόησεν.*

7. (47, a) *Μικίων Πυθογένους ἐποίησεν.*

8. (53, a, b.) *Καικοσθένης ἐποίησεν.*

9. (64) *Μαχάτας πόησε* (64 a) *Μαχάτας ἐπόησε.*

10. (65, a) *Μνασίτιμος Τελέσωνος Ῥόδιος ἐποίησε.*

11. (66, a) *Θέων Ἀντιοχεὺς ᾧ ἁ ἐπιδαμία δέδοται, ἐποίησε.*

12. (70a, b, c.) *Φύλης Ἁλικαρνασσεύς ἐποίησε;* titulus n. 70 nimis est mutilatus.

13. (67, a) *Σῖμος Θεμιστοκράτευς Σαλαμίνιος ἐποίησε.*

14. (71, a) *Ἐπίχαρμος Σολεὺς ᾧ ἁ ἐπιδαμία δέδοται καὶ Ἐπίχαρμος Ἐπιχάρμου Ῥόδιος ἐποίησαν.*

15. (72, a, b, c, d.) *Τιμόχαρις Ἐλευθερναῖος ἐποίησε.*

16. (73) *Πυθόκριτος Τιμοχάριος Ῥόδιος ἐποίησε.*

(73a) *Πυθόκριτος Τιμ . . . .*

17. (90, a) *Ζηνόδοτος Μενίππου Κνίδιος ἐποίησε.*

(18? *Ἀπολλώνιος Νέστορος Ἀθηναῖος ἐποίει* 99, a, b.)

(19? *Γλύκων Ἀθηναῖος ἐποίει* 102, a, b.)

(20? *Σαλπίων Ἀθηναῖος ἐποίησε* (105) — *Σαλπίων ἐποίησε* 105a.)

21. (107, a, b, c.) *Εὔχειρ καὶ Εὐβουλίδης Κρωπίδαι ἐποίησαν.*

107d. *Εὔχειρ καὶ Εὐβουλίδης ἐποίησ[αν.*

22. (114, a, b.) *Λεωχάρης ἐποίησεν.*

23. (116 = 116a? *Πραξιτέλης ἐποίησεν* — *Πραξιτέλης ἐποίει.*)

24. (119, a) *Ἀντίγνωτος ἐποίησε.*

25. (129, a) *Ἡραιστίων Μύρωνος Ἀθηναῖος ἐποίει.*

26. (130, a) *Ξενόφιλος καὶ Στράτων Ἀργεῖοι ἐποίησαν.*

27. (131) *Δημητρίου τοῦ Δημητρίου γλυφή.*

(131a) *Δημήτριος Δημητρίου ἐποίει,* sed hic titulus ad statuam pertinet, ille (131) ad anaglyphum.

28. (136, a) *Ἀθανάδωρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος ἐποίησε.*

29. (147) *Ζήνων Ἀττινᾶ Ἀρροδεισιεύς ἐποίει.*

(147a) *Ζήνων Ἀρροδεισιεὺς ἐποίει;* num tituli eundem artificem significent, dubitari potest; quodsi aliter judicas, tituli, qui II p. Chr. n. seculo scripti sunt, non tanti sunt momenti.

30. (168, 1): *Μάαρκος Κοσσούτιος Μαάρκου ἀπιλεύθερος Κέρδων ἐποίει.*

(168, 2) *Μάαρκος Κοσσούτιος Κέρδων ἐποίει* sed hi tituli duabus figuris subscripti sunt, quarum altera ab altera sejungi non debet.

31. (173, a) *Ζήνων Ἀλεξάνδρου ἐποίει* — *Ζήνων β ἐποίει* sed in hunc idem cadit, quod in 30.

De industria omisimus inscriptiones nimis mutilatas 33, 33a *Εξήκεστος*, 52, 52a *Καικοσθένης Δίης Ἀπολλωνίδου Φλυάσιοι;* deinde incerta est conjectura, quam ad titulum n. 76 proposuimus; neque

eas inscriptiones addere voluimus, quae non ab artificibus ipsis profectae sunt n. 175 sqq.

Videmus igitur primum, qui patris nomine semel usus est, eum illo semper uti, et qui ethnicum vel demoticum semel nomini suo apposuit, eum illud semper fere apponere; quamquam patriae mentio paullo minus firma fuisse videtur, quam patris: Cresilas quidem se Cydoniatam esse, quod Athenis (n. 17), ubi certe omnibus satis notus erat, non addidisse videtur, Hermionae professus est;[1] deinde ille etiam antiquiore aetate vixit, quam qua inscriptiones firmas factas esse credimus, quod tum demum evenire potuit, cum ars a summis artificibus aucta et evecta a multis hominibus iisque mediocris ingenii quasi negotium exercebatur; tum autem tales firmi tituli non in certis quibusdam regionibus frequentati sunt, sed in communem omnium usum recepti, quod ex propositis exemplis elucet. Stabilitatem autem inscriptionis ejusdem artificis bene ex his titulis cognoscere possumus: n. 144: *Ἡρακλείδης Ἀγαύου Ἐφέσιος καὶ Ἁρμάτιος ἐποίουν.* et n. 152:

Θέων Ἀντιοχεὺς καὶ Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος ἐποίουν, ubi artifices officinis conjunctis iisdem quibus ante inscriptionibus usi sunt. Ac sane artificum ipsorum interesse debuit, quae semel inscripserant operibus ab ipsis perfectis, ea semper inscribere: nam *Μικίων Πυθογένους, Τιμόχαρις Ἐλευθερναῖος, Πυθόκριτος Τιμοχάριος, Φύλης Ἁλικαρνασσεὺς* gloriam sibi paraverant, non simpliciter *Μικίων, Τιμόχαρις, Πυθόκριτος, Φύλης*; ita etiam Onatas bis idem epigramma operibus subjecit (scr. 7, a). Quamquam non desunt mutatae inscriptionis exempla: Caecosthenes (53, a, b.) quidem et Dies (54), cum collaborarent, se Apollonidae filios Phlyasios esse professi sunt (52, a), officina communi vero sublata patris et demi mentionem omiserunt; deinde cum filius a patre in societatem reciperetur, eadem inscriptio manere non potuit. Et fortasse tituli aliquando reperientur, quibus eundem artificem eadem in urbe variis inscriptionibus usum esse probabitur, qui parvis ab exordiis profectus majorem gloriam cum nactus esset omnia praeter nomen

[1] Titulo n. 35 c, quem sero Benndorfius benigne mecum communicavit, probari videtur, saepius artifices cum alienis civibus opera perficerent, ethnicis appositis se accuratius significasse ita, ut et domesticam et externam inscriptionis formam in usu haberent.

solum indicia sprevit. Sed in universum certe affirmari potest, inscriptiones tantum pari modo compositas, dum litterarum formae permittant, unie idemque artifici a nobis esse tribuendas (cf. p. 15 not.)[1]. Idem autem cadere videtur in vasorum fictilium confectores, ex quibus, ut eos, qui solis nominibus usi sunt, omittamus, Eucherus se Ergotimi filium esse ter professus est, Tleson se Nearchi filium esse tricies fere.

Atque haec quidem de universis inscriptionibus.

DE INSCRIPTIONUM ORATIONE AGITUR.

§ 2.

Inscriptionum aliae versibus aliae soluta oratione expressae sunt, atque primum quidem

de versibus inscriptis dicamus;

sunt vero hi:

1. *παῖ Διὸς κτλ.* (1) c. Ol. 50
2. Bupalus et Athenis (scr. 1) Ol. 60.
3. *τοῦ Παρίου κτλ.* (5)
4. *ἔργον Ἀριστοκλέους* (8)
5. *Ἀλξήνωρ* (12)
6. *Ἱπόστρατος?* (13)
7. *Ἔνδοιος* (scr. 4)
8. *Εὐτελίδας καί Χρυσόθεμις* (scr. 3)
9. *Ὀνάτας* (scr. 7 sqq.)
10. *Κάλλων* (scr. 5)
11. *Κλεοίτας* (scr. 10)
12. *Ἀρχεσίλας* (scr. 8)
13. *Ἀναξαγόρας* (scr. 6)

} ante ol. 80.

[1] Habebant igitur Graeci artifices communi in usu, quod nos dicimus: „eine Firma." Jam vides, cur tantum nostra interfuerit, probare (p. 7), Pausaniam peculiares inscriptionum formas non retinuisse, quodsi fecisset, contra sententiam modo a nobis propositam quam vehementissime pugnaret (cf. p. 21 not.)

14. *Μακεδών* (26)	ante ol. 90.
15. *Οὐνήτης*? (26*)	
16. *Τελεσαρχίδης* (scr. 17)	
17. *Φειδίας* (scr. 12)	
18. *Ἀρίστων ἠδὲ Τελέστας* (scr. 9)	
19. *Θρασυμήδης* (scr. 16)	
20. *Δαμοφῶν* (scr. 19)	circiter ol. 102.
21. *Φυρόμαχος* (scr. 25)	ol. 135.
22. *Ἠετίων* (scr. 26)	inter ol. 130—140.

Ac primum quidem multo plurimi artificum, quos attulimus ante ol. 90 floruerunt; hic autem moneamus, quod Boeckhius dixit in C. I. tom. I introd. p. XXIX, antiquiore aetate soluta oratione non usos Graecos esse in re sollemni ulla. Deinde in duas partes illae inscriptiones abeunt: aliae enim eaeque antiquiores nihil aliud continent, quam quod ad artifices pertinet, aliae, eaeque posteriores, ut Phyromachi et Eetionis, artificum mentionem dedicantis epigrammati addunt ita, ut totum epigramma dedicantis sit, qui et artificis laudem in suam vertit; illae autem priores inscriptiones totae sunt artificum ita, ut hae solae vere dicantur artificum inscriptiones, quas metricas seriore aetate usurpatas esse omnino negandum videtur. Dignitatem enim artificis indicant satis sibi conscii, se inusitatum opus perfecisse, qua re etiam sollemni utitur oratione; quod antiquissimo quidem tempore in ea quoque artificia valuit, quae nobis minus videntur admiranda, ea autem qua efficta sunt aetate nova et magnifica jure ducebantur: itaque auctorum nomina vel in anaglyphis sepulcralibus, quae nominibus suis ornare artifices postea non dignati sunt; et Parmenon quidam etiam lapidibus bene politis se fecisse inscripsit[1]. Deinde in iis tantum operibus illud sollemne orationis genus usurpatum est, quae solitis multo erant majora: ita Phidias hexametrum posuit sub Jovis Olympii statua, Damophon Messenius deorum simulacris optime expressis *ἰαμβεῖον* subjecit, Thrasymedes Arignoti Parius Aesculapii ex ebore et auro facti, quod signum Athenagoras leg. p. Chr. 14 p. 61 (Dechair.) Phidiae ipsi tribuit, se auctorem esse epigrammate docuit.

---

[1] A. Conze Reise auf den Inseln des thrak. Meeres, Thasos p. 12. tab. IV, 14, 15. v. nostr. tab. VI, c.

Quae cum ita sint, jam facilius intelligimus, quod p. 15 monuimus, antiquiore aetate firmis inscriptionibus artifices usos non esse.

Quod vero diximus, versibus expressos esse titulos fere antiquissimos, epigrammatis pictorum[1] aliorumque artificum, quae etiamnunc habemus bene confirmatur.

Polygnoti enim celeberrimae picturae Delphis subscripti erant Simonidis versus:

γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
υἱὸς περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Pausan. X, 27, 4. Et Plinius XXXV, 154 haec tradidit: »plastae »laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasus, iidem pictores, qui »Cereris aedem Romae ad circum maxumum (dedicatum a. u. 261 »= ol. 71, 4) utroque genere artis suae excoluerant, versibus »inscriptis Graece, quibus significarent ab dextra opera Damophili »esse, ab laeva Gorgasi.« Et versus etiam in vasis fictilibus esse, sive antiquissima sunt[2], sive remotae antiquitatis speciem affectant, satis constat. At tu fortasse dubites, num illi versus ab artificibus ipsis sint compositi, Polygnoti memor, cui Simonides epigramma fecit. Ac primum meminerimus, Gitiadam Lacedaemonium illum statuarium hymnos cecinisse, quod testatur Pausanias III, 17, 2. Ita certe alii quoque benigna vena praediti ipsi versus, quibus statuas inscripserunt, composuerunt, alii epigrammata a poetis acceperunt non ut Polygnoti certo operi aptum, sed ea forma, ut semper possent usurpare, qualia sunt Onatae (scr. 7, a); et Bupalum fratremque idem carmen pluribus statuis subjecisse memoriae proditum est a Plinio XXXVI, 12 (scr. 1).

Restat, ut quod de anthologiae Graecae epigrammatis promi-

---

[1] Epigramma quidem, quod est in Anthol. Pal. IX, 758

Σιμωνίδου
Κίμων ἔγραψε τὴν θύραν τὴν δεξίαν,
τὴν δ' ἐξιόντων δεξίαν Διονύσιος

Benndorf. de anthol. Gr. ep. p. 11 veram inscriptionem putavit: immerito ut videtur; primum enim haud concinnum est, deinde vide modo ludum in verbis sequentibus

τὴν δεξίαν
τὴν δ' ἐξιόν
των δεξίαν.

[2] Athenis in fragmento antiquissimi vasis

ἄνδρες ἐποίησαν σοφίαισιν καλὸν ἄγαλμα

Arch. Ztg. XXII (1864) p. 253*.

simus, persolvere studeamus; demonstrativa enim epigrammata num mere lusoria nullum usum praebuerint jure quaeri possit. Ac primum quidem summorum artificum opera, cum seriore tempore dedicarentur, epigrammatis ornata esse titulis, qui sunt n. 178 et n. 187, ostenditur. Deinde in mentem venit Ciccronis in Verr. act. II or. IV § 127, ubi dicta sunt haec: »atque haec Sappho (Silanionis opus) sublata (de prytanio Syracusanorum) quantum desiderium sui reliquerit dici vix potest. Nam quum ipsa fuit egregie facta tum epigramma Graecum pernobile[1] incisum est in basi« etc. Seriore igitur aetate moris esse videtur, ut statuis versus subscriberentur, quibus delectarentur homines eruditi.

Et hunc usum fuisse multorum epigrammatum demonstrativorum conjicio, quorum sales saepissime delectavisse non possunt, nisi erant sub operibus celebratis, sive archetypa ipsa erant sive exemplaria. (cf. anthol. Plan. IV, 54, 60, 112, 257).

Denique ne quid omittamus, ut multi mores antiquissimi infimis temporibus recurrerunt, ita opera vel minime laudanda ab artificibus ipsis versibus ornata sunt (n. 134).

§ 3.

DE TITULIS QUI SOLUTA ORATIONE COMPOSITI SUNT AGITUR.

Horum titulorum tria sunt genera:

1. Tituli, in quibus artifices se fecisse verbo *ποιεῖν* expresserunt.
2. in quibus verbis *ἔργον, τέχνη* significaverunt.
3. in quibus solis nominibus usi sunt.

1.

In prima titulorum classe summa est varietas: atque primum artifices nominibus suis verbum faciendi tantum addiderunt, *ὁ δεῖνα*

[1] C. I. 3555 Pergami: *Οὔνομά μευ Σαπφὼ· τόσσον δ'ὑπερέσχον ἀοιδῶν θηλειῶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδης*
idem anthol. VII, 15 cf. Benndorf. l. l. p. 49 et not. 1.

ἐποίησεν[1], deinde patris nomen aut patriae aut haec duo adjecerunt, tum aoristo usi sunt aut imperfecto verbi ποιεῖν, denique verborum ordine differunt. Quamquam enim plerumque ordo hic est, ut primum locum teneat artificis nomen, alterum patris, tertium patriae, ultimum verbum, sunt tamen inscriptiones, in quibus ethnicum ultimum occupat locum. Verissime autem jam Boeckhius ad C. I. I n. 25 (syll. n. 24) monuit, antiquissimum esse morem ut verbum ἐποίησε excipiatur ethnico, quod Lud. Stephanius (Compte-rendu 1861 p. 148 sq.) novis exemplis auxit et illustravit, qui vir doctissimus modum migravisse videtur, cum usque ad an. 350 a. Chr. n. illum usum obtinuisse censeret. Accipe hic quae artificum tituli praebent exempla:

Κρησίλας 16a
Πύρρος 18
Δωρόθεος 20.
Ὑπατόδωρος Ἀριστογίτων 24.

seriore autem tempore ille usus revixit n. 145 Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς; quae remotioris antiquitatis captatio quam late patuerit, hac inscriptione, quae est in vasis vitrei ansa in museo Berolinensi, docetur

ЄΙΡΗΝΑΙΟϹ
ЄΠΟΙΗϹЄΝ
ϹΙΔΩΝΙΟϹ;

quod eam ob causam memoravimus, quia etiam alium usum posteriore aetate frequentissimum factum esse videbimus; atque hoc quidem satis memorabile in talibus archaismis, ut ita dicam, qui alias quidem satis rari usurpantur, non vero quasi communes usus fiunt. — Alia autem exempla vide apud Stephanium l. l., qui Boeckhium secutus recte fortasse censuit, quod Pausanias dixit VI, 9, 1: Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης ex inscriptione fluxisse, quamquam VI, 10, 9 Πτόλιχος Αἰγινήτης ἐποίησεν. Sed quod Stephanius illam dicendi rationem a Pausaniae sermone abhorrere voluit tantum abest ut verum sit, ut contrarium possit probari (II, 3, 5. 9, 8.

[1] Artifices cum opera ab ipsis perfecta diis dedicarent, solo verbo dedicandi usi esse videntur (n. 35a cf. B. 6); qua re Pausaniam I, 24, 3: Πρόκνην δὲ τὰ ἐς τὸν παῖδα βεβουλευμένην αὐτήν τε καὶ τὸν Ἴτυν ἀνέθηκεν Ἀλκαμένης artificem Alcamenem significasse credam.

11, 2. 19, 3. III, 14, 6. IV, 5, 10. 6, 1. V, 17, 4. 24, 1. 26, 2. cf. 3, 7. VI, 3, 5. 4, 4. 8, 6. 17, 5. VII, 24, 4. VIII, 30, 6. IX, 34, 3. X, 9, 3. 8. 10, 6. 16, 1).

Nunc transeamus ad duas alias classes, quarum tituli patris et patriae nomina item continent; nos autem de iis dicamus, quae illis sunt peculiaria.

2.

In altera classe quattuor tantum Graecorum artificum tituli continentur:

1. (8.) *ἔργον Ἀριστοκλέους*, est hexametri initium (cf. C. I. I introd. p. XXIX)
2. *Λυσίππου ἔργον*, quem titulum non a Lysippo ipso profectum esse videbimus (n. 185 a)
3. (131) *Δημητρίου τοῦ Δημητρίου γλυφή*
4. (165) *Πρώτυτος τέχνη ἐργαστηριαρχοῦ*

(de [Plut.] vitae X or. Isocr. cap. 27 *Λεωχάρους ἔργον* cf. scr. 21)[1]. Illae autem inscriptiones ex Romanorum usu potius quam ex Graecorum conformatae sunt cf. opus Phidiae, opus Praxitelis (n. 188, 189) C. Pomponi Quirina opus, opus Atticianis Afrodisiensis (append. tit. artiff. Rom. 2, 5 a).

3.

Neque aliter res se habet in iis tertiae classis inscriptionibus, quibus solus genetivus nominis inest:

Μύρωνος (177 a)
Λυσίππου (scr. 23)
Σωστράτου (174)

Fuerunt quidem, qui genetivo artificem unquam significatum esse negarent, attamen quod Martialis dixit (IX, 44)

Λυσίππου lego, Phidiae putavi

Romanorum quidem illum usum fuisse probat; quare moveor, ut et Diadumeni et Ingenui inscriptiones (append. tit. artiff. Rom. 6, 7) ad artifices pertinere credam; illam autem dicendi rationem a Graecorum usu abhorrere etiam O. Jahnius censuit (Arch. Ztg. VIII, p. 208).

---

[1] quod Pausanias saepissime *τέχνη* usus est, illius rationi scribendi non artificibus tribuendum.

Difficiles sunt tractatu tertiae classis eae inscriptiones, quae nominativum solum continent, cum causa, cur nominativo artifex significatus sit, rarissime possit probari: nam ut *Ταλέστης Ἀρτεμιδώρου* (87), *Ὠφελίων (Ἀ)ρισστωνίδα* (139), *Ἀριστέας καὶ Παπίας Ἀφροδεισεῖς* (146) jure artifices habeantur, *Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου Μιλήσιος* (161), *Δημόδωρος Μελιτεύς*, (43), *Θράσων Πελληνεύς* (133) num verbo *ἐποίησεν* excepti fuerint, et ob apographa negligenter facta (161), et ob lapidum fracturas (43; similiter 133) non jam enucleari potest. Sed *Ἀρτεμᾶς Δημητρίου Μιλήσιος* (193) *Ἄτταλος Ἀνδραγάθου* (206) *Πύρρων Ἑκατοκλέους* (200) *Σωσικλῆς* (201) *Φαίδιμος* (202), *Φρύνος* (203) non est, cur artifices existimentur; (de Eubuleo Praxitelis v. 218). *Γλύκων Ἀθηναῖος* (102 b) num genuinus sit, dubitari potest, nomen enim ejus cujus Herculem celeberrimum etiamnunc habemus, facillime Herculi simili, ut est, nostris temporibus insculptum esse potest; attamen Gerhardius, qui vidit, inscriptionem genuinam esse putavit (Neap. Ant. Bildw. p. 31). Quae cum ita sint, hae artificum inscriptiones, nisi nullo modo neque ad imaginem ipsam pertinere neque magistratum aliquem neque fortasse possessorem significare possunt, non admittendae videntur. Welckero igitur non assentimur, qui in mus. rh. n. s. VI p. 402 miratus est, quod artifices tam raro sola nomina inscripsissent; quodsi fecerunt, gloriae suae ipsi obstiterunt, quis enim intellexit artificem?

Ne quid omittere videamur, raro et infima solum aetate talia indicia adduntur, qualia sunt *γλυφή* (131), *τεχνείτης* (149), *ἔργα στηριαρχός* (165).

Nunc in singulas inscriptionis partes inquiramus.

CAPUT III.

§ 1.

DE AORISTI ET IMPERFECTI USU IN ARTIFICUM GRAECORUM INSCRIPTIONIBUS.

Nulla rei nobis propositae pars tanto studio tractata et castigata est, quanto de aoristi et imperfecti usu quaestio, quae, si vis jam a Plinio instituta nostris potissimum temporibus iterum atque iterum discussa est, ubi primum nonnullae artificum inscriptiones extiterunt.

Jam ne aequo longiores fiamus in virorum dd. sententiis exponendis alii[1] quidem censuerunt illum usum haud ita esse premendum, ex quo aliquid ad artificum tempora distinguenda redundaret, quippe qui omnibus aetatibus ἐποίησεν et ἐποίει inscripsissent operibus.

Contra alii[2] illum usum certis temporibus definiri cum sibi persuasissent imperfectum demum post Alexandri M. mortem[a]) vel post ol. 150—160[b]) usurpatum esse et ex Plinio et ex titulis repertis affirmaverunt.

---

[1] Visconti. Mus. PCl. II p. 84 (ed. Mediol.) R. Rochette. questions de l'histoire de l'art (Paris. 1846) p. 63—167. Walz. Philolog. 1846 p. 749 sq. cf. Winckelm. hist. art. X cap I § 11 et E. Curtius. C. I. IV n. 6854 b. p. 14 sq.

[2] Lessing. Laocoon. § 27. cujus non meminerat [a]) Letronne. móm. de l'acad. des inscr. et d. belles l. XV, 2. p. 147 sqq. [b]) H. Brunn. mus. rh. n. ser. tom. VIII (1853) p. 234—251, qui de locorum quoque discrimine cum monuisset (p. 238) aoristum quidem semper usurpatum esse voluit; atque hujus sententiae multi vv. dd. nunc addicti videntur cf. O. Jahn. Arch. Ztg. 1863 p. 65. Ad. Michaelis. annali d. inst. 1864 (XXXVI) p. 261.

Ac nos exemplis propositis et digestis, quae sentimus exponemus:

TITULI VETUSTISSIMI

c. ol. 60. in Asia: (2) *Εὔδημος μ' ἐποίειν*

in insulis:

c. ol. 40. Therae, *Θαρύμαχος ἐποίει* tab. I b.

Ἐπάγατος ἐποίει Franz. elem. n. 6.

c. ol. 50. in Creta, *Τί?]μων ἔργαφέ με* tab. I, a.

in Graecia:

c. ol. 60. Athenis, (13) *Ἱπόστρατός ἐποίει*

quibus adde *Τιμωνίδας μ' ἔγραφε* in vase antiquissimi generis Cleonis reperto[1].

TITULI ARTIFICUM INDE AB OL. 70—158.

TITULI ARTIFICUM INDE AB OL. 158.

IN ITALIA.

94. *Πολυκλῆς*
95. *Ἀντίοχος Ἀθηναῖος*
99. *Ἀπολλώνιος Νέστορος Ἀθηναῖος*
100. *Ἀπολλώνιος*
102. *Γλύκων Ἀθηναῖος*
103. *Κρίτων καὶ Νικόλαος Ἀθηναῖοι*
104. . . . *γένης καὶ Αλεξ* . . . .

IN GRAECIA.

111. *Μάαρχος Πειραιεὺς*
116 a. *Πραξιτέλης*
124. *Ἰάσων Ἀθηναῖος*
125. *Καλλισθένης Καλλισθένους Σφήττιος*
126. . . *ς Διογνήτου Ἀχαρνεύς*
128. *Διονυσόδωρος καὶ Μοσσχίων καὶ Ἀδάμας οἱ Ἀδάμαντος Ἀθηναῖοι*
129, a. *Ἡφαιστίων Μύρωνος Ἀθηναῖος*
131 a. *Δημήτριος Δημητρίου*
132. *Αὐρ. Νεικηφόρος Νεικηφόρου*
135. . . . . *σιμάχου*

[1] Arch. Ztg. 1863 (XXI) tab. CLXXV.

ARTIFICES IN ASIA ET AEGEI MARIS INSULIS NATI, QUORUM TITULI IN ITALIA REPERTI SUNT.

140. *Ἰσίδωρος Νουμηνίου Πάριος*
141. *Ξένων Ξένωνος καὶ Σωγένης Σωκράτοι Πάριοι*
142. *Μηνόδοτος καὶ Διόδοτος οἱ Βοηθοῦ Νικομηδεῖς*
143. *Ἀγασίας Δωσιθέου Ἐφέσιος*
144. *Ἡρακλείδης Ἀγαύου Ἐφέσιος καὶ Ἁρμάτιος*
147, a. *Ζήνων Ἀφροδεισιεύς*
148. *Μενεσθεὺς Μενεσθέως Ἀφροδεισιεύς*
149. *Εὐτύχης Βειθυνὸς τεχνείτης*

IN INSULIS ET ASIA.

151. *Ἀνδραγόρας Ἀριστείδα Ῥόδιος*
152. *Θέων Ἀντιοχεὺς καὶ Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος*
154. *Ἀντιφάνης Θρασωνίδου Πάριος*
157. *Ἡράκλειος*
158. *Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος*
159. *Αὖλος Παντουλήϊος*

TITULI IN ITALIA REPERTI.

166. *Στέφανος Πασιτέλους μαθητής*
167. *Μενέλαος Στεφάνου μαθητής*
168. *Μάαρκος Κοσσούτιος Κέρδων*
169. *Ἐράτων*
170. *Μηνόφαντος*
171. *Φιλουμενός*
172. *Φιδίας καὶ Ἀμμώνιος ἀμφότεροι Φιδίου*
173. *Ζηνᾶς Ἀλεξάνδρου.*

quibus adde Bupali, Calamidis, Myronis, Callimachi, Democriti, Praxitelis, Zeuxiadis, Polycratis, Sthennidis, Lysippi, Tisicratis titulos (syll. 175 sqq.), quos in Italia scriptos esse scimus.

In Asia igitur, in insulis, in Graecia ipsa et antiquissimae inscriptiones repertae sunt imperfectis insignes et recentissimae, quas omnes vel multo post ol. 158 fortasse inde a I p. Chr. seculo (de Maarci titulo 111 v. syll. ad 111) scriptas esse verisimillimum est,

quare titulos 151 et 157, quamquam certo temporis indicio carent, nostro jure ad recentiorem aetatem revocasse nobis videmur.

Multo saepius imperfectis usi sunt artifices, quorum tituli in Italia reperti extant, quod quo pertineat ut clarius fiat aspice has artificum inscriptiones aoristis insignes, quae Italiae debentur:

96. *Κλεομένης Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος*
97. *Κλεομένης Κλεομένους Ἀθηναῖος*
98. *Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Ἀθηναῖος*
105, a. *Σαλπίων Ἀθηναῖος*
136, a. *Ἀθανόδωρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος*
137. ..... *ος Ἀγησάνδρου*
145. *Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς.*

Magis autem usitata in Italia imperfecta fuisse, ex eo quoque conjici potest, quod quorum artificum opera ibi nominibus ornaverunt, imperfectis inscripserunt (syll. n. 175 sqq.).

Sed hic usus, quid sibi velit quaerimus; veniunt sane in mentem haud paucae conjecturae, quae ad discrimen pertinent, quod est inter exemplaria et archetypa, inter opera marmorea et aenea; attamen idoneis causis carent. Meminerimus autem, scalptores et gemmarum et nummorum semper usos esse imperfectis, haud raro etiam vasorum fictilium pictores et confectores, eosque, qui aut remotae antiquitatis speciem affectaverunt aut inferioris aetatis artem aperte secuti sunt[1]. Quae cum ita sint fortasse non displicebit, quod suspicamur etiam in statuariorum sculptorumque titulis imperfecti usum esse archaismum, ut hoc verbo utar; qui quam late patuerit ne mireris, monere liceat, quae de ethnici loco adnotavimus p. 20.

Nunc autem juvabit Plinii nat. hist. praefationis § 26 afferre, a qua alii totius disputationis petierunt exordium; ubi ille reprehensa Graecorum in libris inscribendis immodestia haec dixit: »et ne in totum videar Graecos insectari ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his invenies absoluta opera et illa quoque quae mirando non satiamur pendenti titulo inscripsisse: ut Apelles faciebat aut Polycletus, tamquam inchoata semper arte et imperfecta, ut contra judiciorum

[1] H. Brunn. mus. rh. n. s. tom. VIII p. 247 sqq.

varietates superesset artifici regressus ad veniam velut emendaturo quidquid desideraretur si non esset interceptus. Quare plenum verecundiae illud est, quod omnia opera tamquam novissima inscripsere et tamquam singulis fato adempti. Tria non amplius ut opinor absolute traduntur inscripta ille fecit, quae suis locis reddam: quo apparuit, summam artis securitatem auctori placuisse et ob id in magna invidia fuere omnia ea.« Sed illae tres inscriptiones redditae non sunt[1]. Ac primum quidem cum Winckelmann. Lessing. Letronn. (l. l. p. 151 sqq.) R. Rochettus (l. l. p. 163) Plinii dicta ad aoristi (absolute inscripti) et imperfecti (pendentis) discrimen spectare putassent, O. Jahn.[2] Plinium de perfecto et imperfecto egisse censuit, quem Brunnius (l. l. p. 234) secutus est. Quod fortasse recte monitum esse non negamus, sed ne ita quidem Plinius gravi erroris crimine, quod ei inussit R. Rochettus l. l., liberari potest, si nostris credimus inscriptionibus, quae illos fingendi conditores aoristo potius usos esse docere videntur. Quae cum ita sint Urlichs in chrestomath. Plinianae praefat. p. XIV not. scriptorem errore paullo post intellecto eas tres inscriptiones, quas promisit, afferre non potuisse. Sed ut erraverit Plinius, ut intellexerit errorem, nostrum est erroris mirifici fontem investigare. Plinium enim temere locutum esse in praefatione sollemni imperatori mittenda credi non potest, ubi verba »ut opinor« quibus fortasse illum excusare velis, eam habent vim ac si auctor dixisset, se tria tantum exempla nosse. Plinius igitur pro certo habuit rarum aoristi usum, frequentem imperfecti. Quae vero addidit de aoristi et imperfecti discrimine, si vis facete dicta sunt, sed artificum summorum animis minus apta videntur. Inter omnes autem constat Plinium artis Graecae satis ignarum artificiis vel falsa nomina indidisse[3], qua in re Romanorum juvenum otiosorum fabellas secutus videtur; atque his sales conveniunt epigrammatici, ut ita dicam, a quibus ne illa quidem abhorrent, quae de aoristi et imperfecti significatione Plinius tradidit. Intelleximus autem (p. 9.) nec bases ex Graecia a Romanis apportatas esse in Italiam et in titulorum artificum exemplaribus ex more posteriorum

---

1 Lessing. Laocoon. p. 200 sq. not.

2 sächs. Ber. 1850. cl. hist.-phil. p. 141 sq. not. 78.

3 Lud. Stephani. Compte-rendu. 1862 p. 97—100. cf. 1867 p. 10.

statuariorum sculptorumque qui in Italia degebant, imperfecta esse inscripta (p. 26); deinde si Jahnium non secuti Plinium de aoristi et imperfecti discrimine egisse credimus[1], casu fortuito perpaucae summorum artificum inscriptiones ex Graecia Romam delatae esse vel archetyporum accurata apographa fuisse videntur. Plinius igitur vel ii, quos secutus est, sententiam ex inscriptionibus hauserunt prorsus diversis a nostris, quae non solum in Italia, sed etiam in Graecia, Asia, insulis repertae sunt. Ex illis titulis Plinii perversa de aoristo et imperfecto proposita opinio fluxit; huc accedit, quod p. 11 sq. diximus, Romae artifices in statuis publice positis haud saepe inscriptos fuisse. Haec autem quae de Plinio exposui eo paullulum firmata videntur, quod Lessingius quoque, cui solum inscriptiones in Italia repertae praesto erant in similem incidit errorem. (Laocoon. § 27. VI p. 202 ed. min.)

Jam venimus ad quaestiones de patribus et de ethnicis vel demoticis inscriptis instituendas, ad quas ipsas antequam aggredimur, qua causa ducti in illas accuratius inquisiverimus, videtur praemittendum.

Omnes enim, qui suis nominibus praenomina, cognomina, patrum nomina addunt, eo consilio faciunt, ut quam accuratissime ab aliis, qui eadem nomina ferunt, sejungantur. Graeci autem, quippe quibus gentilia nomina deessent, patris et patriae mentionem negligere non potuerunt, nisi alio quodam indicio nomini adjecto non erat, quod vererentur, ne cum aliis confunderentur. Quod in artifices cadere nemo est, quin protinus intelligat: non enim si inscriptiones legimus has:

Δημήτριος ἐποίησε, Θεόδωρος ἐποίησε

de quolibet cogitamus Demetrio vel Theodoro, sed de artificibus.

---

[1] sin aliter judicas, Plinius aoristum prorsus neglexit, quippe qui semper esset in usu.

Quod tantum abest, ut ignoraverint vel neglexerint Graecorum statuarii sculptoresque, ut in titulis non ad opera ab ipsis perfecta pertinentibus accuratius de se loqui non praetermiserint. Cephisodotus quidem et Timarchus tum solum se Eresidas esse professi sunt, cum Theoxeniden avunculum dedicaverunt (syll. 35a). Deinde Thebani artifices Aristogiton, Hypatodorus, Caphisias, (24, 25) qui in titulis adhuc extantibus patrum mentionem non fecerunt, in catalogo illo nescio qua de causa scripto patrum nomina indicaverunt (syll. B. 5.) cf. Maarci titulum (111) et quae ad syll. n. 111 diximus.

Plerumque autem posterioribus tantum verendum esse potuit, ne cum aliis artificibus, quibus eadem nomina erant, confunderentur; eos vero de consulto eadem inscriptione ac celebriores priorum aetatum artifices usos esse exponemus in excursu I, qui est de celeberrimis nominibus artificum sequiore aetate frequentatis.

Deinde ejusdem artificis inscriptionem summa stabilitate fuisse probavimus (p. 13 sqq.), a qua nihil alienius, quam nomina nullo consilio congesta. Atque iterum liceat citare:

n. 144 *Ἡρακλείδης Ἀγαύου Ἐφέσιος καὶ Ἁρμάτιος ἐποίουν*
et n. 152 *Θέων Ἀντιοχεὺς καὶ Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος ἐποίουν.*

ex quibus certam causam fuisse colligimus, cur alii artifices aliis modis se fecisse professi sint.

Cum igitur artifices satis distincte quidem verbo faciendi significati ita, ut non esset, cur accuratius de se loquerentur, saepius tamen patrum nomina (ethnici enim eam vim esse et vidimus p. 15 not. 1 et videbimus, quo artifices prorsus alio sensu ac ceteros usos esse credi non possit —) adjecerint, non leve videbitur, quod conjicimus, illis subtiliora quaedam contineri.

Sed bene scimus, tali quaestione, qualem nunc proposuimus, id tantum agi, ut ex repertis titulis verisimillimum enucleetur; quod ut exsequamur, totam artificum historiam nobis consulendam esse putavimus; quod ideo quoque fecimus, quia artificum inscriptiones quae extant, fortuito debentur casui (cf. p. 7). Non vero legem possumus investigare, cui omnes artificum inscriptiones, quae post nos reperientur, subactae sint,

§ 2.

DE PATRIBUS, QUORUM GRAECI ARTIFICES IN TITULIS MENTIONEM FECERUNT[1].

Atque primum quidem exempla inde ab antiquissimis temporibus repetentes proponamus:

1. (16) *Μίκων Φανομάχου*
   schol. Aristoph. Lysistr. 679. *Μίκων . . . ἦν δὲ Φανόχου* (*Φανομάχου* recte R. Roch. lettre p. 162) *υἱὸς, Ἀθηναῖος.*
2. (22) *υἱὸς Πατροκλέους Δαίδαλος εἰργάσατο*
   Pausan. IV, 3, 4 . . . *τέχνη Δαιδάλου τοῦ Σικυωνίου μαθητοῦ καὶ πατρὸς Πατροκλέους.*
3. (23) *Θεόδωρος Πύρου Ἀργεῖος*
4. (26) *ποίησεν Μακεδὼν Διωνυσίου Ἡρακλεώτης*
5. (38) *Ἀριστοπεί[θης Κλεω]νύμου Φυλάσιος*
6. (39) *Σώστρατος Εὐφράνορος*
7. (45) *Λυ)σίας Λυσιμάχου Ἀγκυλῆθεν*
8. (47, a) *Μικίων Πυθογένους*
9. (51) *Ἀντίοχος Δημητρίου Ἀντιοχεύς*
10. (52, a) *Καικοσθένης Δίης Ἀπολλωνίδου Φυλάσιοι*
    (56 . . . *έους Θορίκιος* 59 . . . *νος Παίσωνος*, hoc nomen habent Pausaniae edd. antiqq. X, 9, 8)
11. (60) *Φιλέας καὶ Ζεύξιππος Φιλέα*
    (63 . . . . . *ου Ἀθηναῖος*)
12. (65, a) *Μνασίτιμος Τελέσωνος Ῥόδιος*
    Mnasitimus ex artificum gente ortus videtur cf. 69 *Μνασίτιμος καὶ Τελέσων.*
13. (67, a) *Σῖμος Θεμιστοκράτευς Σαλαμίνιος*
14. (68) *Ὀνασιφῶν Κλειωναίου Σαλαμίνιος*
15. (71, a) *Ἐπίχαρμος Σολεὺς ᾧ ἁ ἐπιδαμία δέδοται καὶ Ἐπίχαρμος Ἐπιχάρμου Ῥόδιος*
16. (73, a) *Πυθόκριτος Τιμοχάριος Ῥόδιος*
    Timocharis statuarius 72, a, b, c, d.

---

[1] Qui unus hunc morem respexit Letronne. mém. de l'acad. des inscr. et bell. l. XV, 2 p. 144. patrum nomina a statuariis et sculptoribus raro nec nisi ob angustum spatium omissa esse affirmavit, quod falsum.

17. (75, 76?) *Πλούταρχος Ἡλιοδώρου Ῥόδιος*
Heliodorum quendam sculptorem et statuarium memoravit Plinius XXXIV, 91 (ubi et Pythocritus Rhodius, quod effugisse Brunnium (I, 527) videtur) et XXXVI, 35, ubi Urlichsius (chrestom. p. 386) recte monuit pleraque opera ex Asia vel Rhodo Romam esse apportata; at Heliodori nomen satis frequens est.

18. (78) *Μνασίτιμος Ἀριστωνίδα*
Plinius XXXV, 146: Mnasitimus Aristonidae filius et discipulus.

19. (82) *Δαμοκράτης Ἀριστομήδους*

20. (83) *Θεόμνηστος Θεοτίμου καὶ Διονύσιος Ἀστίου*
num ad hunc spectant Pausaniae VI, 15, 2 *Θεόμνηστος Σαρδιανός* et Plinii XXXIV, 91?

21. (84) *Φυλῆς Πολυγνώτου Ἁλικαρνασσεύς*
Ph. videtur ex eadem familia esse ac 70, a, b, c.

22. (85) *Ἀπολλόδωρος Ζήνωνος Φωκαιεύς*

23. (87) *Ταλέστης Ἀρτεμιδώρου*
24. (86) *Ἀρτεμίδωρος Μηνοδότου Τύριος*
25. (88) . . . *χαρμήδου* (?) *καὶ Μηνόδοτος Ἀρτεμιδώρου Τύριοι*
} ex una familia orti.

26. (90, a) *Ζηνόδοτος Μενίππου Κνίδιος*
Menippus artifex in titulo 89. (idem qui est in Diog. Laërt. VI, 101 *Μένιππος . . . . . ἀνδριαντοποιός*?)

27. (91) *Ἐπικράτης Ἀπολλων(ί)ου*

28. (92) . . . . *τιος Ἀπολλωνίου*

29. (96) *Κλεομένης Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος*

30. (97) *Κλεομένης Κλεομένους Ἀθηναῖος*
certe Cleomenis sculptoris (96) filius.

31. (98) *Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Ἀθηναῖος*
ex artificum gente ortus cf. 35 (109)

32. (99, a, b?) *Ἀπολλώνιος Νέστορος Ἀθηναῖος*

33. (108) *Εὐβουλίδης Εὔ*]*χειρος Κρωπίδης*
Euchir statuarius in titt. 107, a. b. c. d et Pausaniae VIII, 14, 10: *Εὔχειρ Εὐβουλίδου*

34. (109) *Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Μαραθώνιος*
35. (110) *Ἀρχίας Ἀπολλωνίου Μαραθώνιος*
} ex artificum gente diu florente cf. 31 (98).

36. (117) *Δημήτριος Φίλωνος Πτελεάσιος*
Demetrius Pteleasius in tit. 40; ambo fortasse ex eadem gente.
37. (120) *Εὔμνηστος Σωσικρατίδου Παιανιεύς*
38. (122) *Ἕρμιππος Διομένου Σουνιεύς*
39. (125) *Καλλισθένης Καλλισθένους Σφήττιος*
40. (126) . . . . *ς Διογνήτου Ἀχαρνεύς*
Diognetus pictor M. Aureli Antonini magister (Jul. Capitolin. M. Ant. Philos. IV, 9.)
41. (128) *Διονυσόδωρος καὶ Μοσσχίων καὶ Ἀδάμας οἱ Ἀδάμαντος Ἀθηναῖοι;* conjici potest, tres filios Adamantis, nisi pater ipse fuit artifex, artem non fuisse exercituros.
42. (129, a) *Ἡφαιστίων Μύρωνος Ἀθηναῖος*
Boeckh. C. I. II n. 2284: »H. fuit... haud dubie ex posteris celebris Myronis« cf. etiam excursum I.
43. (131, a) *Δημήτριος Δημητρίου*
44. (132) *Αὐρ. Νεικηφόρος Νεικηφόρου*
(135 . . . . *Αυ)σιμάχου*)
45. (136, a) *Ἀθανόδωρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος* } Agesander sculptor: Plin. XXXVI, 37.
46. (137) . . . . . *ος Ἀγησάνδρου* }
47. (139) *Ὠφελίων Ἀριστωνίδα*
de Aristonida vide ad n. 18 (78)
48. (140) *Ἰσίδωρος Νουμηνίου Πάριος*
49. (141) *Ξένων Ξένωνος καὶ Σωγένης Σωκράτου Πάριοι*
50. (142) *Μηνόδοτος καὶ Διόδοτος οἱ Βοηθοῦ Νικομηδεῖς*
Boethus Calchedonius, caelator et statuarius: Pausan. V, 17, 4. Plin. XXXIV, 84.
51. (143) *Ἀγασίας Δωσιθέου Ἐφέσιος*
ex artificum gente ortus? cf. 61 (158)
52. (144) *Ἡρακλείδης Ἀγαύου Ἐφέσιος*
53. (145) *Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς.*
54. (147) *Ζήνων Ἀττινᾶ Ἀφροδεισιεύς.*
55. (148) *Μενεσθεὺς Μενεσθέως Ἀφροδεισιεύς.*
56. (151) *Ἀνδραγόρας Ἀριστείδα Ῥόδιος*
57. (152) (*Θέων Ἀντιοχεὺς καὶ*) *Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος*
58. (153) . . . . *ανδρος Μηνίδου Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Μαιάνδρου*
59. (154) *Ἀντιφάνης Θρασωνίδου Πάριος*

60. (155) *Πολυάνθης Σωκράτευς*
61. (158) *Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος*
ex artificum gente ortus? cf. 51 (143).
(160). *Ξενόφαντος Χάρητος Θάσιος*, qui quidem et legatus Thasiorum fuit; sed cf. p. 46.)
62. (161) *Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου Μιλήσιος*
63. (163) *Ἀρχίδαμος Νικομάχου*
64. (164) *Σωσιγένης Εὐκράτους*
65. (171) *Φιδίας καὶ Ἀμμώνιος ἀμφότεροι Φιδίου*
[Phidiae nomen quo postea abierit, cognosci potest ex Hesychio *Φιδίαι· λιθοξόοι*] Phidias pater ex nomine merito artifex potest haberi v. p. 46.
66. (173, a) *Ζηνᾶς Ἀλεξάνδρου*
His adjiciamus artifices, quos operibus inscriptos fuisse veteres scriptores nobis tradiderunt:
67. (scr. 1) Bupalus et Athenis Archermi sculptoris filii.
[68. (scr. 2) *Θεοκλῆς Ἡγύλου;* Hegylum artificem fuisse colligi potest ex Pausan. V, 17, 2 *Θεοκλῆς πατρὸς Ἡγύλου, ποιτῆσαι δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ Σκύλλιν καὶ Δίποινον λέγεται;* immo patrem quoque habuit praeceptorem; itaque VI, 19, 8 Pausanias fortasse scripsit *Θεοκλέους δὲ ἔργα καὶ Ἡγύλου* (mss. *τοῦ*) quod etiam iis quae sequuntur aptius videtur: *ποιῆσαι δὲ αὐτὸν* (sc. *Ἡγύλον*) *ὁμοῦ τῷ παιδὶ* (*Θεοκλεῖ*) quem illius filium esse jam V, 17, 2 dixerat.]
69. (scr. 7, a, b) *Ὀνάτας Μίκωνος*
70. (scr. 8) *Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου*
71. (scr. 10) *Κλειοίτας υἱὸς Ἀριστοκλέους*
Aristocles quidem discipulus et filius Cleoetae Paus. V, 24, 5.
72. (scr. 12) *Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος*
73. (scr. 16) *Θρασυμήδης Ἀριγνώτου Πάριος*
74. (scr. 18) *Ἀστερίων Αἰσχύλου*

Ex his igitur artificibus XX [2, 11, 15, 16, (17) 18, 23, 24, 25, 26, 30, 33, (41, 42) 45, 46, 47, 50 (65) 67 — quos conjectura assecuti sumus, uncis inclusimus; in 11 et 15 filii apparent cum patribus collaborantes] patres habuerunt, quos artifices fuisse manifestum est; X ex artificum gentibus exorti videntur [(6) 12. 21. 31. 34. 35. (36. 40) 51. 61]; de reliquis nihil constat, nisi quod Phi-

diam Ageladae discipulum fuisse accepimus: schol. Aristoph. ran. 505. Suid. v. *Γελάδας*. Tzetz. Chil. VIII, 325; sed in talibus sollemnibus inscriptionibus accurate et patrem et patriam indicata esse, nihil est quod miremur.

At remotrioribus quidem aetatibus cum ubique tum in Graecia artes certis quibusdam gentibus quasi adhaesisse ita, ut a patribus filiis deinceps traderentur, non ex titulis tantum elucet, sed etiam a scriptoribus satis diserte traditum est. Huc referas antiquissimas illas artificum gentes Cyclopes, Dactylos, Telchinas[1], quos fama celebravit artium inventores et propagatores, huc Heliadas[2] et Daedalidas[3]; atque hac superbia elatus vel Helicon textor Acesae filius ac discipulus operi cuidam inscripsit

τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος κτλ. Athen. II p. 48 B.

Ita fit, ut Dipoenus et Scyllis utrum Daedali filii essent an discipuli dubitaretur (Ps. II, 15, 1) cf. V, 17, 8 de Callitele.

Sed exemplis[4] non adeo eget res etiam Graeci sermonis usu quam maxime confirmata: hinc enim illi *πλαστῶν καὶ ζωγράφων παῖδες*[5], qui quo abierint elucet ex Dion. Hal. de admir. vi in Demosth. 50: *πλάσται καὶ ζωγράφων παῖδες* ita, ut C. F. Hermanno[6] assentiendum videatur, »eam expressionem apud priores auctores cum modo ad gentes pertineret citeriori aevo ad artium quoque et disciplinarum professiones transferri.« Atque ut ad artificum titulos revertar, priore aetate patrem indicatum simul praeceptorem indicasse rei natura ferebat; quae cum ita sint, certe mirandum, Aristonem et Telestam, Telesarchidem, Anaxagoram, Callonem, Endoeum, quem a Daedalo institutum esse Pausanias (I, 26, 4) enarravit, patrum mentionem in titulis non fecisse. An patris nominis additi ea erat vis, ut certi tantum artifices eo uterentur? jam videamus, num scriptores quoque in tradendis artificum patribus certam rationem secutos esse possit probari[7].

---

[1] Overb. Quellen 1—55.

[2] Pindar. Ol. VII, 93 sqq.

[3] Plato. Eutyphr. p. 11 C. Alcib. p. 121 A. (C. F. Hermann. Staatsaltrth. § 5, 16.)

[4] Plurima collegit C. F. Hermann. Stud. d. griech. Künstl. p. 7 sq. p. 46 sq.

[5] Plato. legg. VI, 769 A. Dion. Hal. compos. voc. p. 209. Lucian. Zeuxis 5. imagg. 9. Herm. l. l. p. 46 not. 10.

[6] C. F. Hermann ad Luciani scr. quomodo sit hist. conscr. p. 52.

[7] Pictores adjicere nolui, quia inscriptionibus comparandis carent.

1. Artifices quos filios ac discipulos (Plin.) *υἱοὺς καὶ μαθητὰς* (Paus.) fuisse diserte affirmatur:

Daïppus, Boëdas, Euthycrates Lysippi. Pl. XXXIV, 66.

Δαίδαλος Σικυώνιος *Πατροκλέους* Paus. VI, 3, 4. v. titulum 22.

Ἀριστοκλῆς *Κλεοίτα* Paus. V, 24, 5.

Παντίας Χῖος παρὰ τῷ πατρὶ Σωστράτῳ δεδιδαγμένος Paus. VI, 9, 3.

Πτόλιχος Αἰγινήνης *διδάσκαλος Συννοῶν ὁ πατήρ* Paus. VI, 9, 1.

2. Artifices, quorum magistros patres fuisse, quamquam diserte non affirmatur, ob magnam eorum artis gloriam credendum est:

Θεόδωρος τοῦ Τηλεκλέους Σαμίου Herod. III, 41.

Ροῖκος Φιλαίου, Θεόδωρος Τηλεκλέους Paus. VIII, 14, 8; X, 38, 6.

Ροῖκος Φίλεω Herod. III, 60.

Θεόδωρος Σάμιος υἱὸς Ῥοίκου Laërt. Diog. II, 103.

Λύκιος ὁ Μύρωνος Pausan. I, 23, 7. Polemo in Athen. XI, 486 D.

Καλλικλῆς Θεοκόσμου τοῦ ποιήσαντος τὸ ἄγαλμα ἐν Μεγάροις τοῦ Διός Pausan. VI, 7, 2.

Τίμαρχος καὶ Κηφισόδοτος οἱ Πραξιτέλους υἱεῖς [Plut.] vit. X orr. Lycurg. 38.

Τιμοκλῆς καὶ Τιμαρχίδης . . . . οἱ Πολυκλέους υἱεῖς Paus. X, 34, 6, 8.

Dionysius Timarchidis filius Plin. XXXVI, 35

Timarchides sculptor ibid.

3. Artifices, quorum patres artifices fuisse casu fortuito quodam memoriae proditum est (atque hi nobis gravissimi sunt momenti):

Ἀμφίων Ἀκέστορος Κνώσσιος Paus. X, 15, 6.

Ἀκέστωρ Pausan. VI, 17, 4.

Εὔχειρ Εὐβουλίδου Pausan. VIII, 14, 10.

Eubulidem artificem fuisse et Pausaniae I, 2, 5 et titt. (107, a, b, c, d cf. 108) docetur.

Σικυώνιος Κάνθαρος Ἀλέξιδος μὲν πατρὸς διδασκάλου δὲ ὢν Εὐτυχίδου Paus. VI, 3, 6; eundem certe Alexim inter Polycleti discipulos rettulit Plinius XXXIV, 50.

Nihil denique constat de

Patrocle Catilli Crotoniata (Paus. VI, 9, 6)

Smilide Euclidis (Pausan. VII, 4, 4; Clem. Alex. protr. IV p. 41 (ed. Pott.)

Nicerato Euctemonis Atheniense (Tatian. adv. Gr. 53)

Micone Nicerati Syracusano (Tatian. l. l. 54)

[*Μίκων Νικηράτου Συρακούσιος* dicitur a Paus. VI, 12, 4; idem fortasse Niceratus Pl. 34, 80. cf. Tat. c. Gr. 52]

Naucyde Mothonis (Pausan. II, 22, 7)[1]

sed his omnibus artificibus praeceptores quidem alii additi non sunt.

Verumtamen antequam quae ex propositis exemplis consequuntur uno verbo monemus, ut magis expediti progrediamur, indicem eorum artificum nunc praebemus, quorum magistri patres non fuerunt (memineris autem Plinium artificum patres afferre non solere).

	magistri:	patres:	
1. *Δόντας Λακ.*	*Δίποινος καὶ Σκύλλις*	non constat	Ps. VI, 19, 14.
2. *Δορυκλείδας Λακ.*	*Διπ. καὶ Σκύλ.*	—	Paus, V, 17, 1.
3. *Κλέαρχος Ῥηγῖνος*	*Εὔχειρος*	—	Paus. VI, 4, 4.
4. *Εὔχειρος Κορίνθιος*	*Ευάδρας κ. Χάρτας*	—	Paus. VI, 4, 4.
5. *Ἀγγελίων κ. Τεκταῖος*	*Δίποινος κ. Σκύλλις*	—	Paus. II, 32, 5.
* 6. *Ἔνδοιος*	*Δαίδαλος*	—	Paus. I, 26, 4. Athenag. leg. p. Chr. 14.
7. *Συννοῶν Αἰγιν.*	*Ἀριστοκλῆς*	—	Paus. VI, 9, 1.
8. *Κάλλων Αἰγιν.*	*Τεκταῖος κ. Ἀγγελίων*	—	Paus. II, 32, 5.
(*) 9. *Δαμόκριτος Σικ.*	*Πίσων ἐκ Καλαυρείας*	—	Paus. VI, 3, 5.
10. *Πτόλιχος Κορκυραῖος*	*Κριτίος Ἀττικός*	—	Paus. VI, 3, 5.
11. *Ἀμφίων*	*Πτόλιχος Κορκυραῖος*	—	Paus. VI, 3, 5.
12. *Πίσων ἐκ Καλαυρείας*	*Ἀμφίων*	—	Paus. VI, 3, 5.
13. *Ἄσκαρος Θηβαῖος*	*διδαχθεὶς παρὰ τῷ Σικυωνίῳ* ***	—	Paus. V, 24, 1.

[1] *Ἑκάτης χαλκᾶ ἀγάλματα, τὸ μὲν Πολύκλειτος ἐποίησε, τὸ δὲ ἀδελφὸς Πολυκλείτου Ναυκύδης Μόθωνος*, ita omnes fere codd. quod satis ineptum: Mothon sane utriusque filii pater est; unus cod. *Περικλείτου*, edd. antiq. *Περικλύτου*; legi potest *τὸ μὲν Πολύκλειτος ἐποίησε, τὸ δὲ ἀδελφὸς Πολυκλείτου Περίκλυτος* (v. Paus. V, 17, 4) *τὸ δὲ Ναυκύδης Μόθωνος*; tria sunt Hecates simulacra cf. Brunn. I p. 282.

* asterisco notavi quorum inscriptiones habemus.

(*) ast. incluso quorum inscriptionum exemplaria extant.

* 6. *Ἔνδοιος ἐποίησεν.* n. 9.

(*) 9. *Δαμόκριτος ἐποίει* n. 180.

	magistri:	patres:	
(*) 14. Myron Eleutheris natus	Ageladas	non constat	Plin. XXXIV, 57.
15. *Φειδίας*	*Ἀγελάδας* *Ἡγίας*	*Χαρμίδης* sed v. p. 34.	Dion. Chrys. 55, 1 (p. 641) Emper. schol. Arist. ran. 504. Suid. v. *Γελάδας*. Ttzetz. Chil. VIII, 325.
16. Alcamenes Atheniens.	Phidias	non constat	Plin. XXXVI, 16.
* 17. *Ἀγοράκριτος Πάριος*	*Φειδίας*	—	Plin. XXXVI, 17.
18. Colotes	Phidias Pasiteles	—	Plin. XXXV, 34. Paus. V, 20, 2.
19. *Θεόκοσμος Μεγαρ.*	*Φειδίας*	—	cf. Ps. I, 40, 4.
20. *Πραξίας Ἀθηναῖος*	*Κάλαμις*	—	Paus. X, 19, 4.
21. *Ἀνδροσθένης Ἀθηναῖος*	*Εὔκαδμος*	—	Paus. X, 19, 4.
22. Polyclitus Sicyon.	Ageladas	—	Plin. XXXIV, 55.
23. Athenodorus 24. Argius Asopodorus 25. Alexis 26. Aristides 27. Phryno 28. Demeas Clitorius	Polyclitus	—	cf. Paus. X, 9, 8. et Plin. XXXIV, 86? Plin. XXXIV, 60.
29. *Ἄλυπος Σικυώνιος*	*Ναυκύδης Ἀργεῖος*	—	Paus. VI, 1, 3.
30. *Κλέων Σικυώνιος*	*Ἀντιφάνης*	—	Paus. V, 17, 4.
31. *Ἀντιφάνης*	*Περίκλυτος*	—	Paus. V, 17, 4.

(*) 14. *Μύρων ἐποίει* n. 177.
* 17. *Ἀγοράκριτος Πάριος ἐποίησε* ser. 15.

	magistri:	patres:	
32. *Περίκλυτος*	*Πολύκλειτος Ἀργεῖος*	non constat	Paus. V, 17, 4.
(*) 33. Zeuxiades	Silanion	—	Plin. XXXIV, 51.
34. Phanis	Lysippus	—	Plin. XXXIV, 66.
(*) 35. Tisicrates	Euthycrates (Lysippus)	—	Plin. XXXIV, 67.
36. Xenocrates	Tisicrates vel Euthycrat.	—	Plin. XXXIV, 83.
* 37. *Εὐτυχίδης Σικυώνιος*	*Λύσιππος*	—	Paus. VI, 2, 7.
*? 38. Chares	Lysippus	—	Plin. XXXIV, 41.
39. *Κάνθαρος Σικυώνιος*	*Εὐτυχίδου ὢν διδασκάλου*	*πατρὸς Ἀλέξιδος* v. p. 35.	Paus. VI, 3, 6.
40. *Πολυκλῆς*	*Σταδιεὺς Ἀθηναῖος*	non constat	Paus. VI, 4, 5.

Atque qui primo obtutu ab omnibus reliquis diversissimus videtur Cantharus (39), omnium tamen optime rem nostram adjuvat: est enim statuarius Alexis (p. 35 Plin. XXXIV, 50), et nescio quo casu Cantharus non patris sed Eutychidis discipulus factus est.

Veteres igitur eos tantum artificum patres respexerunt, quos ipsos filiis artes tradidisse constabat; quod paullatim eo venit, ut eorum praecipue patrum mentio injiceretur, qui artifices fuerant. Et hic iterum (p. 6) monere liceat, in tribus illis indiciis, quae Pausanias artificibus adjicere solet, non patres esse sed praeceptores (*πατρὶς*, *ἡλικία*, *διδάσκαλος*: non enim artificis vitam sed artem cognoscere veterum merito intererat[1]: jam intelligimus, quod alias satis mirificum videbatur, quomodo factum sit, ut vel summorum artificum

(*) 33. *Ζευξιάδης ἐποίει* n. 183.
(*) 35. *Τεισικράτης ἐποίει* n. 186.
* 37. *Εὐτυχίδης ἐποίησεν* 61.
*? 38. *Χάρης* scr. 24 ubi patris certe mentio non fit.
* 40. *Πολυκλῆς ἐποίει* 94.

[1] Ita Plinius (XXXIV 50 et 79) Lycium, quem Myronis discipulum ac filium fuisse scimus, illius discipulum fuisse enarravit.

Myronis, Polycleti, Alcamenis, Agoracriti patres oblivione obruti sint; non enim a patribus erant instituti. Eos autem artifices, quorum magistri patres non fuerunt, hos in titulis omisisse ex propositis exemplis (p. 36, 37 not.) effici videtur[1]. Sed nunc aliorum generum artificum titulos inspiciamus:

Atque ex scalptoribus c. XX, quos genuinos putant omnes, unus tantum patris mentionem fecit:

Εὐτύχης Διοσκουρίδου Αἰγέαιος ἐπ(οίει[2]

jam cui ignotus omnium celeberrimus scalptor Dioscurides?[3]

Ex vasorum fictilium pictoribus et confectoribus, quorum plus septuaginta nomina aetatem tulerunt, hi quattuor tantum patres inscripserunt:

1. *ἔγραψεν Εὐθυμίδης ὁ Πολίου, ὡς οὐδέποτε Εὐφρόνιος* (Brunn. hist. artiff. II 686 sq.)

2. *Εὔχερος ὁ Ἐργοτίμου υἱός*, cujus tres inscriptiones extant (Brunn. l. l. p. 681)

3. *Ἐργοτέλης ἐποίησεν ὁ Νεάρχου* in uno vase (Brunn. l. l. p. 675 sq.)

4. *Τλήσων ὁ Νεάρχου ἐποίησεν* in triginta fere vasis (Brunn. II p. 738 sq.)

1. de Polio Euthymidis patre nihil constat.

2. Ergotimus vasorum pictor satis notus; v. Brunn. II p. 680 sq.

3. 4. Nearchum quoque artificem fuisse cum ipse conjecissem, venit in manus novissimi Benndorfii operis, quod inscriptum est »Sicilische und Athenische Vasenbilder,« pars I, cujus in tabula XIII in fragmento vasis eximie picti:

Νέαρχος μ' ἐποίησεν καὶ [ἔγραψεν[4].

---

[1] Inscriptiones scriptoribus bene concinere etiam elucet ex his: (cf. p. 7)

10. *Κριτίος καὶ Νησώτης* cf. Paus. I, 23, 9. Lucian. Philops. 18.

17. *Κρησίλας Κυδωνιάτας* — Cresilas Cydon Plin. XXXIV, 53.

18. *Στρογγυλίων* — cf. Pausan. IX, 30, 1.

31. *Λεωχάρης* cf. Ps. V, 20, 9.

32. *Σθέννις* Ps. VI, 16, 9 (Olympiae): *Σθέννις Ὑλύνθιος* v. p. 15 not. 1 et p. 43.

130. *Ξενόφιλος καὶ Στράτων Ἀργεῖοι* cf. Paus. II 23, 4 (Argi.)

patrum nominibus et in titulis et in scriptoribus iidem carent; (Naucydes quidem Mothonis filius dicitur in Paus. II, 22, § 7, quae adhuc laborat (cf. p. 36 not. 1), *Ναυκύδης Ἀργεῖος* in tit. 21; sed v. p. 15 not. 1 et p. 40.)

[2] Brunn. hist. artiff. II p. 500. Stephani. Compte-rendu. 1861. p. 157 sqq.

[3] Brunn. l. l. p. 479 sqq.

[4] Nearchum a Tlesone ejusque fratre longo temporis intervallo distare ex arte

Jam ut ad statuariorum sculptorumque titulos revertamur, quae constituta videntur breviter repetamus:

1. In multis artificum titulis patres inscripti haud dubie artifices sunt, quod saepissime solum ex aliis inscriptionibus, quae casu fortuito repertae sunt, manifestum est; itaque quod permultos patres inscriptos artifices fuisse nunc quidem probari non potest, minoris est momenti; praesertim cum haud paucae ex illis inscriptionibus inferiore aetate scriptae sint, quam cujus artifices veteres scriptores memoraverunt.

2. Scriptores veteres eos tantum artificum patres memoriae prodidisse videntur, qui artifices et ipsi fuerant; qua in ratione omnino inscriptionibus, quatenus cognoscere licet, concinunt (cf. p. 30 sq. 1. 2. 18. p. 36 sqq. nott.)

3. Eadem vi est patris nomen inscriptum in titulis artificum, qui gemmas scalpserunt et vasa fictilia confecerunt.

Quae cum ita sint, nimis audax fortasse non videbitur, quod conjicimus, praecipue eos statuarios sculptoresque nomina patrum operibus inscripsisse, qui artem acceperant a genitoribus.

At Praxitelem Cephisodoti Atheniensis filium fuisse nonne recte quidam voluerunt? sed patrem non inscripsit; (30) ne Cephisodotus quidem et Timarchus (35) in titulis patris Praxitelis mentionem fecerunt. Recte mones: et jam elucet cum non omnes artifices, quibus patres artem tradiderant, eorum nomina operibus inscripsisse, tum praecipue summos artifices iis non esse usos; immo vero hi patrum mentionem vel fugere videntur, cum Cephisodotus et Timarchus ne in dedicati quidem operis inscriptione se Praxitelis filios esse professi sint. Ita quod primo obtutu ad artificum gentem indicandam pertinere videtur, pertinet ad artem, quam patres, qui spectati artifices fuerant, vel morte abrepti quasi commendarunt[1], imprimis igitur mediocres artifices patrum nomina suis addidisse videntur; quam ob rem inferiore aetate patrum nomina

---

vasorum Nearchi et Tlesonis merito moneri potest; attamen exempli vis eadem manet: nam vide quae Brunnius (II p. 653, 681) de vasorum inscriptionibus posteriore tempore repetitis adnotavit; litteris autem iisdem usi sunt Nearchus et Tleson fraterque, quod nobis hic satis est.

[1] Cf. quod nos dicimus „eine Firma."

a filiis saepissime usurpata sunt, quod quidem titulis artificum comparandis firmare non jam possumus, quia nescimus, quot ex illis, qui patres non inscripserunt, ab artificibus originem duxerint. Quod vero alii fortasse conjiciant, patrum nomina inferiore aetate solum ea de causa frequentata esse, quia artifices loquaciores fuissent, etiam infimis temporibus tituli scripti sunt patrum nominibus carentes (95, 101, 102, 105, 106, 118, 119, 121, 123, 124, 127, 146, 149, 152, 156, 157, 165, 169, 170, 172, 174.)

Sero tandem artifices eo praeceptorum pietatis processerunt, ut horum in titulis mentionem facerent:

Στέφανος Παστιτέλους μαθητής 166
Μενέλαος Στεφάνου μαθητής 167

quod, quamquam hi duo tantum, quorum alter ab altero institutus est, relicti sunt, complures fecisse negare non possumus. Quam arcte autem praeceptores cum discipulis cohaerere veteres existimarint, Pausanias VI, 3, 6: *Σικυώνιος Κάνθαρος, Ἀλέξιδος μὲν πατρὸς, Εὐτυχίδου δὲ ὢν διδασκάλου.* Apollonius autem et Tauriscus »parentum certamen de se fecere Menecratem videri professi sed esse naturalem Artemidorum« (Plin. XXXVI, 34.), et Menecratem praeceptorem fuisse de illis fratribus optime meritum recte Lessingius conjecit[1]. Memineris etiam Hippocratis juris jurandi, ubi haec: *ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτησιν ἐμοῖσιν*[2].

Quae cum ita sint, forsitan mireris, cur non illi, quorum magistri non patres fuerant, magistris inscriptis se commendarint, praesertim cum hos cognoscere veterum qui de arte scripserunt, tantum interesset. Sed ars a patribus accepta summi aestimata est, itaque

Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε ἔργα τέλεσσαν
Ἀργεῖοι, τέχναν εἰδότες ἐκ πατέρων.

(*προτέρων* mss. vide syll. scr. 3.) Sed quid exempla? diserte enim Vitruvius (praef. IV p. 63 ed. Rose et Müller-Strüb.): »ipsique artifices . . . . si non pecunia sint copiosi seu vetustate officinarum habuerint notitiam . . . . pro industria studiorum auctoritates non possunt habere.«

---

[1] Lessing. Laocoon. § XXVII p. 197 (ed. min.) Brunn. I p. 471.
[2] Hippocratis opera ed. Kühn I p. 1.

Restat ut pauca de usus quem descripsimus fonte addamus. Atque antiquissima quidem aetate ut patres inscripti etiam magistri essent, artis conditio ferebat (v. p. 34).

Praecipue autem illum usum ex patribus et filiis collaborantibus originem duxisse conjiciam. In rationibus enim, quae ad Erechtheum pertinent[1] (syll. B. n. 1 sq.), artifices, qui non jam ipsi officinis praefuerunt, patrum nominibus additis significati videntur[2]; similiter Epicharmus et Zeuxippus (71, a et 60) in operum fingendorum societatem a patribus recepti patrum nominibus additis se illorum filios esse professi sunt; patribus deinde mortuis cum artifices id agerent, ut iisdem inscriptionibus uterentur, nihil erat, quod, quos Epicharmum Epicharmi, Zeuxippum Phileae omnes noverant, ii inscriptiones mutarent.

Haec fere habui, quae de patrum nominibus inscriptis dicerem, quibus artem usque ad infima tempora filiis a patribus hereditate quasi patrimonium relictam esse elucet; quae si probaveris, omnes patres et in titulis et in scriptis[3] memoratos artifices fuisse recte forsitan colligas. Sed auctus artificum numerus, quamquam nobis haud ita spernendus est, non tanti est momenti: equidem summopere gaudebo, si me pro mea parte illustravisse censebis, quomodo factum sit, ut Graecorum ars tamdiu ab ingenua virtute et indole non degeneraret.

§ 2.

DE ETHNICIS INSCRIPTIS.

De ethnicis pauca tantum dici possunt (v. p. 29) quorum ea est vis ut cives indicent[4].

Et Athenis ne illos quidem artifices cives non fuisse probari

---

[1] Rangab. I p. 45 sqq. n. 56 sqq. L. Stephani. Annali del inst. XV (1843) p. 286 sqq.

[2] Büchsenschütz. (Jahrbb. f. Phil. u. Paed. 1867, I p. 17 sq.) illos servos fuisse voluit, sed his nomina adscripta non sunt cf. Rang. I n. 56a 34, 41 *συνεργός*, qui haud dubie servus erat; deinde ex iis, qui columnas striaverunt, qui primi referuntur, reliquis praefuisse videntur; et in illis etiam *Ὑνήσιμος Νικοστράτου* Rang. I p. 57 A. 48, 85.

[3] sunt vero praeter illos, quos artifices fuisse aliunde constat, 50 fere, quos in indice titulorum syllogae adjuncto invenies.

[4] nam etsi patriae artificum, quas novimus, expectato videntur pauciores (60 fere), cum ducentorum fere artificum patriae nobis etiamnunc notae sint, quod

potest, qui ethnica non inscripserunt: immo vero Cephisodotus et Timarchus (35) Eresidae (35 a) fuerunt, Caecosthenes (53, a, b) et Dies (54) Phlyasii (52, a); quare movemur, ut omnes Athenienses artifices inscripti, qui aetatem tulerunt, cives fuisse credamus; quodsi ita non fuisset, ii qui civitatem habebant, in titulis memorare non praetermisissent[1]. Antiquiores artifices Athenis ethnica omiserunt (n. 6, 7, 8, 9, 10, 13, 15, 17, 19.), quod etiam peregrini imitati sunt: Cresilas (16 cf. 16a), Sthennis (32, Olynthius Paus. VI, 16, 8; 17, 5), Eutychides (61, Sicyonius Paus. VI, 2, 7); ex posterioribus alii omiserunt, alii demoticis usi sunt; perpauci vero dicerte se Athenienses (*Ἀθηναίους*) esse Athenis professi sunt (Pyrrhus 18, Sositheus 41, Timocrates 121). Artifices vero cum civibus externis opera crearent, non demotica sed ethnica inscripsisse et per se patet et exemplis potest probari (35 et 35 c; cf. 109 et 98); sed ii quoque, qui Athenis — nam de Atheniensium tantum artificum usu, quem hac in re habebant, titulis repertis edocti sumus — patrias non addiderunt, in aliis regionibus se Athenienses esse addiderunt: ita Praxiteles, quem Athenis nomine solo usum esse ex n. 116 colligi potest (cf. excursum I), in titulo prope Thespias reperto patriam non omisit; et Cephisodotus ejusque frater cum operibus Athenis positis (35, b) ethnica non subjecerint, se Athenienses esse in lapide Megarae extante (35 c) diserte indicaverunt; de Cresila v. p. 15[2]. Ita cum patrum nominibus artifices non eo tantum consilio usi sint, ut accuratius se significarent, ethnica quidem eam ipsam ob causam saepius addidisse videntur.

Cum vero Graeci cives libentissime ab artificibus, qui eadem

Toelkenius in Amaltheae t. III p. 122 sq. suspicatus est, ethnica pictoribus quidem a Graecis ita esse tributa, ut nos diceremus: „ein Venetianer“ etc. neque in statuariis sculptoribusque neque in pictoribus satis probari potest. Quamquam vestigia non desunt, quibus monstratur, a veterum usu illum morem non omnino abhorruisse: Pausan. VI, 3, 5 *Δαμόκριτος Σικυώνιος, ὃς ἐς πέμπτον διδάσκαλον ἀνήγει τὸν Ἀττικὸν Κριτίαν*; VI, 4, 5 *πλάστης δὲ ἄλλος τῶν Ἀττικῶν Πολυκλῆς*; satis notum est, Pausaniam saepius locutum esse de arte Aeginetica et Attica V, 25, 13 v. Overbeck. SQ. ad n. 428.

[1] inquilinos non demoticis sed verbis *οἰκῶν ἐν* . . . usos esse satis constat v. Boeckh. att. Seeurkunden p. 439 Staatshsh. II p. 261.

[2] similiter Pausanias Critium statuarium illum, quem jam in libr. I, 8, 5; 23, 9, quo libro agitur de rebus Atticis, nominaverat, VI, 3, 5 demum Atticum esse enarravit.

atque ipsi urbe exorti erant, opera quibus urbem ornarent, fingi vellent[1], certe tum demum peregrinos advocarunt, cum aut ipsi artificibus omnino carerent aut opera perficienda summis tantum artificibus possent mandari. Quam ob rem primum quidem dubitari non potest, quin plurimi artifices, quorum titulis ethnica desunt, in iis urbibus nati sint, ubi eorum tituli sunt reperti. Itaque veteres qui de arte egerunt scriptores, quorum tantopere interfuit, artificum patrias cognoscere, haud saepe in dubio esse potuerunt; et Pausanias quidem, quem ex illis hausisse constat (v. p. 6), ex CLXIX statuariis sculptoribusque, quos memoravit, XLIII tantum artificum patrias non indicavit; sed ex his sex ignobiles fuisse ipse periegeta enarravit (sunt vero Musus V, 24, 1; Phylacus et Onaethus V, 23, 5; Somis et Stomius VI, 14, 13; Tisagoras X, 18, 6); deinde duo eam ob causam memorati sunt, quod docuerunt artem alios quosdam, quorum opera laudata sunt (Eucadmus X, 19, 4; Pasiteles V, 20, 2); duodeviginti denique celeberrimi erant, quorum patrias nemo ignoravit (Agoracritus, Alcamenes, Angelion et Tectaeus, Antenor, Bryaxis, Bupalus, Calamis, Callimachus, Dipoenus et Scyllis, Euphranor, Leochares, Praxiteles, Strongylion, Timotheus, Lycius Myronis filius, Hypatodorus).

Quodsi vero diximus praecipue ad opera solitis majora perficienda summos artifices aliunde esse accersitos, ethnicis illis statuis subscriptis operum gloria et honos certe et ad urbes redundavit, quibus artifices orti erant: ita jam Bupalus et Athenis patriae in inscriptione fecerunt mentionem (Plin. XXXVI, 12); neque Onatas, Eutelidas et Chrysothemis, Phidias, Ariston et Telestas in versibus, quibus opera ab ipsis perfecta superbia quadam ornarunt, (v. p. 17) patrias indicare praetermiserunt. Huc accedit, quod certae quaedam urbes quasi artium sedes factae sunt, quarum artifices cum prae aliis certe in peregrinis regionibus opera crearent, haud

---

[1] Plin. XXXVI, 17: „certavere autem inter se ambo discipuli (Agoracritus et Alcamenes) Venere facienda, vicitque Alcamenes non opere sed civitatis suffragiis contra peregrinum suo faventis.“ cf. Pausan. X, 9, 8: *τὸν Ἕρμωνα Θεόκοσμος ποιήσειν ἔμελλεν ὁ Μεγαρεὺς ἅτε ὑπὸ τῶν Μεγαρέων ἐγγραφέντα ἐς τὴν πολιτείαν.* Itaque mirationem non movet, quod Praxitelem Cnidi natum esse Cedrenus (Ann. p. 322) tradidit, et Apelles Cous appellatus est et ab Ovidio (ex ponto IV, 1, 29; ars am. III, 401) et a Plinio (XXXV, 79), cum his locis pulcherrima illorum artificum opera posita essent.

dubie saepe emptorum rogatu ethnica addiderunt. Quae cum ita sint, ethnica inscripta paullatim in artificum laudem abierunt, neque ullus artifex Athenis natus, cum artes Romam migrassent, unde originem duxerit, omisisse videtur (n. 95—103); qua re quin officinas suas magnopere commendaverint, dubitari non potest. Similiter unus qui ex vasorum fictilium confectoribus ethnico usus est, Xenophantus vasi Panticapaei reperto inscripsit *Ξενόφαντος ἐποίησεν Ἀθην*[1]. Ita etiam quinque Parii artifices Thrasymedes (scr. 16), Agoracritus (scr. 15), Antiphanes (154), Aristander (158), Isidorus (144), cum Parus insula artis laude floreret[2], patriam in titulis adhuc extantibus memoraverunt.

Artifices, qui Rhodi degebant, omnes indicaverunt patrias, quod eos superbia quadam fecisse ex eo colligi potest, quod et civitates donatas addiderunt (66, 71, 74).

In universum denique titulis firmatur, quod Plinius dixit XXXV, 77: »neque in hac (pictura) neque in toreutice[3] ullius qui servierit opera celebrantur,« quod certe ex Graecorum scriptis haustum est.

Saepius inveniuntur in statuariorum sculptorumque titulis artifices, et qui eadem nomina habuerunt et qui una opera fecerunt, de quibus nunc disputabimus.

EXCURSUS I.

DE ARTIFICIBUS AGITUR QUI EADEM NOMINA HABUERUNT.

Quaestionem nunc propositam hic instituimus, quod et nostram rem juvat et imprimis inscriptionibus duos artifices ejusdem nominis non eosdem fuisse cognosci potest.

In Graecorum familiis eadem nomina hereditate propagata esse ita, ut saepissime nepos avi nomen ferret, inter omnes constat;

---

[1] Brunn. hist. artiff. II p. 742. L. Stephani. compte-rendu 1866 tab. IV cf. Wieseler. Gött. gel. Ans. 1869 p. 2121 sq.

[2] syll. 5 scr. 8 *Ἀρίστανδρος Πάριος* Pausan. III, 18, 8; *Λόχρος Πάριος* Paus. I, 8, 4; *Ξενοφῶν... Πάριος ἀγαλματοποιός* L. Diog. II, 59; *Σκόπας Πάριος* Paus. VIII, 45, 5; 47, 1.

[3] de toreutices apud Plinium notione v. Brieger. in dissert. l. (p. 3 not. 2) p. 11.

haud raro autem factum est, ut complures artifices propinquitatis vinculo non conjuncti eadem nomina haberent; inde sex Dionysii, septem Theodori, quattuor Sostrati. Verumtamen res non universa casui tribuenda, quod ut probemus nonnulla exempla liceat afferre:

Daedali nomen habuerunt:

Daedalus Sicyonius (22)

Daedalus Bithynius, Eustath. ad Dionys. perieg. 793.

Endoei veteris sculptoris nomen fuit marmorario, qui est in rationibus ad Erechtheum pertinentibus *Ἐν]δοιος (Γλαύ)κου* Rangab. I n. 57 A. v. 52.

Eucheir et vetustissimus ille fictor et statuarius, qui Romanae dominationis aetate Athenis vixit (syll. 107 a, b, c, d cf. 108).

Polygnoti nomen etiam vasorum fictilium pictori fuit (Brunn. hist. art. II p. 729 sq.)

Myronis nomen pater quidem Hephaestionis tulit (syll. 129, a)

Xenophanti patri Charetis nomen fuit (syll. 160)

Phidiae nomen frequentatum esse et Hesychii dictis (cf. p. 33) et titulo 171 docetur, ubi Phidias et Ammonius sculptores Phidiae filii. Sed ne plura, ut artificis titulus ad artem commendandam compositus videtur, sic celeberrimorum artificum nomina inferiore aetate minoribus artificibus de consulto indita ornatui fuerunt[1]; nec mirum, cum sciamus liberis a patribus nomina futurae vitae conditioni apta saepissime data esse[2]; inde igitur ille Strabax (113), Leochares (114), Deinomenes (115), Praxiteles (116), quibus haec nomina non casu quodam fuisse ex eo elucet, quod etiam tituli eorum priores imitati sunt (113 : 34. 114 : 31). Et saepius certe artifices, qui eadem atque clarissimi artifices nomina habuerunt, ex eadem gente exorti erant. Simplicior sane erat officinae vetustatis indicandae ratio quam patrum inscriptio. Itaque fortasse nonnulli tituli, quos ad eosdem artifices pertinere nos credimus, ad plures ejusdem gentis pertinent. Nec desunt filii, quibus eadem ac patribus nomina fuisse etiamnunc manifestum est:

---

[1] L. Friedlaenderi diss. de nominibus clarorum virorum frequentatis inspicere non licuit (Regiom. 1859) cf. ejusdem Sittengesch. d. Römer II p. 387 sqq.

[2] C. F. Hermann. Privatalterth. § 32, 20; imprimis, quem ille laudavit, T. Mommsen. Zeitschr. f. Altrthw. 1846 p. 113—119. — Nunc quoque conferri possunt, quae E. Curtius scripsit Monatsber. d. Berl. Akad. 1870 p. 159 sqq.

71, a. *Ἐπίχαρμος Ἐπιχάρμου Ῥόδιος*
125. *Καλλισθένης Καλλισθένους Σφήττιος*
131, a. *Δημήτριος Δημητρίου*
132. *Αὐρ. Νεικηφόρος Νεικηφόρου*
141. *Ξένων Ξένωνος*
148. *Μενεσθεὺς Μενεσθέως Ἀφροδεισιεύς*
152. *Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος*

Epicharmum quidem patrem artificem fuisse iisdem titulis ostenditur.

Itaque nominibus certis electis patres sive ipsi artifices erant, sive ex artificum gente exorti, sive denique liberi tantum ut artem exercerent, voluerunt, iis consuluisse probabile videtur.

Viri dd. autem modum migrasse videntur, qui artifices ejusdem nominis saepissime in unum contraxerint: quis duos Agasias Ephesios ferret tempore fere aequales, nisi inscriptionibus (143, 158) diverso modo significati essent? Cui duo Athenienses Leochares placerent, nisi titulis (31, 114) sejungerentur? Et Praxitelem quidem minorem, quem scholiastes tradidit ad Theocriti id. V, 105 ejecit Brunnius (II p. 410), attamen Praxitelem quendam posteriore aetate vixisse titulo 116 monstratur.

EXCURSUS II.

DE ARTIFICIBUS QUI UNA OPERA FECERUNT.

Ac primum juvare videtur exempla et ex scriptis veterum et ex inscriptionibus petita afferre:

1.

	quo vinculo fuerint conjuncti:	quid fecerint:	qua materia usi sint:	
1. Telecles et Theodorus	fratres	Apollo Pythius	*ξόανον*	Diod. Sic. I, 98.
2. Bupalus et Athenis	fratres	simulacra	marm.	Plin. 36, 12.
3. Dipoenus et Scyllis	non constat	Minerva		Ps. II, 15, 1.
		Castor et Pollux eorumque filii et uxores	ebeno et ebore	Paus. II, 22, 5.

4. Hegylus et Theocles	pater et filius	Atlas et***	cedro	Paus. VI, 19, 8.
*5. Dorycleidas, Dontas	fratres	Themis, Minerva	auro et ebore	Paus. V, 17, 12.
6. Tectaeus et Angelion	non constat	Apollo Delius		Paus. II, 32, 5.
7. Eutelidas et Chrysothemis	fratres?	duo Olympionicae	aere	Paus. VI, 10, 4.
*8. Glaucus, Dionysius Argivi	non constat	deorum simulacra		Paus. V, 26, 2 sq.
*9. Dionysius Argivus, Simon Aeginet.	—	equus et agaso, equus et agaso	(aere)	Paus. V, 27, 2.
10. Onatas et Calynthus?	—	pedes et equites	(aere)	Paus. X, 13, 10.
11. Onatas et Calliteles	O. pater aut praeceptor	Mercurius arietem ferens	(aere)	Paus. V, 27, 8.
12. Critius et Nesiotes	non constat	Epicharinus; tyrannicidae	(aere)	Paus. I, 8, 5.
13. Aristomedes, Socrates Thebani	—	mater Dindymene		Paus. IX, 25, 3.
14. Menaichmus, Soïdas Naupactii	—	Diana	auro et ebore	Paus. VII, 18, 10.
15 a. Diyllus et Amyclaeus Corinthii, *b. Chionis	—	Heracles Apollo, Leto, Minerva Diana		Paus. X, 13, 7.
*16. Onatas, Calamis	—	currus, equi et pueri	(aere)	Paus. VI, 12, 1.
*17. Polycletus, Naucydes Argivi	—	Juno, Hebe	auro et ebore	Paus. II, 17, 4. 5.
*18. Cephisodotus Atheniens. Strongylion Athen. Olympiosthenes	—	singuli ternas Musas fecerunt.		Paus. IX, 30, 1.

* asterisco notavi quibus singulis singula artificia tribuuntur; opera non omnia citavi, sed elegi id agens, ut duo artifices utrum in unum artificium an in plura operam communem impendissent, cognosceretur.

19. Cephisodotus Xenophon	Athen.	non constat	Zeus, Megalopolis, Artemis Soteira	marm.	Paus. VIII, 30, 10.
[Xenophon Atheniensis Callistonicus Thebanus * quattuor sculptores, qui »Mausoleum caelavere« Plin. XXXVI, 30 sq. Vitruv. praef. VII, 13 (p. 159 Rose.)			Fortuna Plutum ferens		Paus. IX, 16, 2.
20. Cephisodotus Timarchus		fratres	Menandrus Lycurgus et filii	aere ligno	Paus. I, 21, 1. syll. 35. [Plut.]vit. X or. Lycurg. 38.
*21. Lysippus Leochares		—	Alexandri venatio	aere	Plut. Alex. 40 cf. Plin. XXXIV, 64.
22. Hypatodorus Aristogiton	Thebani	—	septem duces Thebas aggressi (Epigoni)	aere	Paus. X, 10, 4.
?23. Hypatodorus Sostratus	Thebani (v. syll. B n. 4)	—	Minerva	aere	Polyb. IV, 78.
24. Xenophilus Straton	Argivi	—	Aesculap. et Hygiea; artificum signa	marm.	Paus. II, 23, 4.
25. Xenocritus et Eubius	Thebani	—	Hercules	marm.	Paus. IX, 11, 4.
26. Ariston et Telestas	Lacedaemonii	fratres	Juppiter	aere	Paus. V, 23, 7.
27. Agesander Polydorus Athenodorus	Rhodii	pater et filii (syll. 136)	Laocoon	marm.	Plin. XXXVI, 37.
28. Apollonius et Tauriscus		fratres	Zethus, Amphion, Dirce, taurus	marm.	Plin. XXXVI, 33.
29. Phylacus, Onaethus eorumque filii			Juppiter		Paus. V, 23, 5.

30. Dionysius et Polycles	fratres, ut videtur	Juno	marm.	Plin. XXXVI, 34.
31. Polycles et Dionysius Timarchidis filius	avus et nepos	Juppiter	marm.	Plin. XXXVI, 34.
32. Timocles et Timarchides Attici	fratres	Olympionicae; Aesculapius; Minerva;		Paus. VI, 12, 9. Paus. X, 36, 4.
33. Craterus cum Pythodoro	non constat	probatissima signa	marm.	Plin. XXXVI, 38.
34. Polydeuces cum Hermolao	—			
35. Pythodorus alius cum Artemone	—			

2.

Ex inscriptionibus:

1. (4) *Ἄσωπος καὶ ἀδελφοὶ*
2. (10, a, b) *Κριτίος καὶ Νησιώτης* v. 1: 12.
3. (24) *Ὑπατόδωρος Ἀρισστογείτων ἐποιησάταν Θηβαίω*

*4. (31a, 32) *Λεωχάρης — Σθέννις*

5. (35, a, b) *Κηφισόδοτος Τίμαρχος*, fratres v. 1: 20.
6. (36) *Κένχραμος Πολύμνηστος* (pater cum filio?)
7. (37) *Πολύμνηστος Κένχραμος* (pater cum filio)
8. (52, a) *Καικοσθένης Δίης Ἀπολλωνίδου Φυλάσιοι;* fratres.
9. (60) *Φιλέας καὶ Ζεύξιππος Φιλέα*, pater cum filio.
10. (62) *Δέων Μέλας*

*11. (65a, 66) *Θέων Ἀντιοχεύς κτλ.*
Μνασίτιμος Τελέσωνος Ῥόδιος

12a. (69) *Μνασίτιμος καὶ Τελέσων Ῥόδιοι*, pater cum filio.
*b *Φυλῆς Ἁλικαρνασσεύς*

13. (71, a) *Ἐπίχαρμος Σολεύς κτλ.*
Ἐπίχαρμος Ἐπιχάρμου Ῥόδιος pater cum filio.

14. (81) *Σωσίπατρος καὶ Ζήνων Σολεῖς*
15. (83) *Θεόμνηστος Θεοτίμου καὶ Διονύσιος Ἀστίου*

16. (88) . . . *Χαρμήδου* (?) *καὶ Μηνόδοτος Ἀρτεμιδώρου Τύριοι*
17. (89) *Ζηνόδοτος καὶ Μένιππος Χῖοι*, pater cum filio cf. syll. 90, a
*18. (93) *Ο . . . ρος Ἐλευθερναῖος*
Θεόδωρος Π . . .
19. (103) *Κρίτων καὶ Νικόλαος Ἀθηναῖοι*
20. (104) *Διο)γένης καὶ Αλε(ξ? . . . . οι*
21. (107, a, b, c, d) *Εὔχειρ καὶ Εὐβουλίδης Κρωπίδαι* pater cum filio
22. (128) *Διονυσόδωρος καὶ Μοσσχίων καὶ Ἀδάμας* fratres
οἱ Ἀδάμαντος Ἀθηναῖοι
23. (130, a) *Ξενόφιλος καὶ Στράτων Ἀργεῖοι* v. 1: 24.
24. (141) *Ξένων Ξένωνος καὶ Σωγένης Σωκράτου Πάριοι*
25. (142) *Μηνόδοτος καὶ Διόδοτος οἱ Βοηθοῦ Νικομηδεῖς*, fratres.
26. (144) *Ἡρακλείδης Ἀγαύου Ἐφέσιος καὶ Ἁρμάτιος*
27. (146) *Ἀριστέας καὶ Παπίας Ἀφροδεισεῖς*
28. (152) *Θέων Ἀντιοχεύς καὶ Δημήτριος Δημητρίου Ῥόδιος*
29. (171) *Φιδίας καὶ Ἀμμώνιος ἀμφότεροι* fratres
Φιδίου

Ita ex CCCCL fere statuariis sculptoribusque, quorum nomina aetatem tulerunt, CXXV fere artifices una opera finxisse scimus. Omnes autem abeunt in partes duas; alios enim aliquod opus una creasse verbi faciendi plurali *ἐποίησαν* vel duali *ἐποιησάτην* significatur; aliis singulis singula artificia ad unum opus pertinentia diserte tribuuntur, qui neque de toto opere aeque erant meriti neque una artificia conficere solebant[1] 1: 5, 8, 9, 15b, 16, 17, 18, 21; 2: 4, 11, 12b, 18[2], quod vel clarius fit, ubi duo artifices semper conjuncti cum alio collaborarunt 2: 12; 1: 15 Paus. X, 13, 7, qui scriptor sollemne illius arctioris societatis vocabulum tradidisse videtur: *τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἀγάλματα Δίυλλος τε ἐν κοινῷ καὶ Ἀμυκλαῖος, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν καὶ Ἄρτεμιν Χίονίς ἐστιν εἰργασμένος.*

Jam quae singuli artifices ad unum opus perficiendum contulerint, quaeritur. Fuerunt quidem, qui duorum illorum artificum alterum statuam ex argilla finxisse alterum ex aere fudisse vellent

---

[1] quare dubito, num Brunn. (I p. 387, 391) ex titulo 31a, 32 recte conjecerit, Sthennidem et Leocharem saepius una opera fecisse.

[2] hic solus mos vasorum fictilium fictorum et pictorum cf. Brunn. II p. 648.

ita, ut alter sine altero esse non posset[1], quos impugnavit R. Rochettus[2], qui Nesioten quidem solum opera fecisse ex Plinii XXXIV § 49 collegit: »floruit (Phidiae) ol. LXXXIII . . . . . quo eodem tempore aemuli ejus fuere Alcamenes, Critius, Nesiotes,« sed hic quoque Nesiotes una cum Critio allatus est[3]. Deinde R. Rochettus, cum duos artifices in operibus creandis non aere solum, sed etiam marmore, ebeno, lignò, ebore auroque usos esse animadvertisset, alterum magistrum ab altero adjutum esse censuit. Atque hoc quidem ut libentissime concedamus ita se habere, cum pater filium in societatem reciperet (v. p. 42), saepius quoque, cum frater major natu cum minore conjunctus artificia perficeret, Bupalus tamen et Athenis Archermi filii haud dubie aequales fuerunt; quid, quod Hegylus (Paus. V, 17, 2), Dorycleidas (Paus. V, 17, 1), Dontas (Paus. VI, 19, 14), Clearchus (Paus. III, 17, 6) discipuli dicti sunt Dipoeni et Scyllidis, Eucheirus Corinthius (VI, 6, 14) Syadrae et Chartae, Callon (II, 32, 5) Tectaei et Angelionis. Neque Teleclem et Theodorum fratres oblitterari convenit, quorum utrumque dimidiam Apollinis statuae partem fecisse Diodorus (I, 98) enarravit. Et illos artifices tales fuisse credemus, ut alter sine altero opera vel tam laudanda opera fingere non posset. Qua quidem re uterque excelluerit, dijudicari non jam potest: alter fortasse membris fingendis melior alter corpori ipsi; alter melius ex argilla finxit in perficiendo opere altero minor; et artifices ipsi, cum plures statuas una creassent, non singulis singula nomina inscripserunt, sed ut *Ἀριστέας καὶ Παπίας* (146), *Κρίτων καὶ Νικόλαος* (103) utrumque de omnibus aeque meritum esse manifesto monstrarunt[4]. Ita etiam quod Plinius tradidit (XXXVI, 37), quorundam claritati obstare numerum artificum, cum nec unus occuparet gloriam nec omnes pariter nuncupari possent[5], dici non potuit, nisi veteres omnibus

---

[1] Letronne. mém. de l'acad. des inscr. et b. l. (1845) XV, 2 p. 141. Ross. arch. Aufss. I p. 166 sed cf. not. 12.

[2] questions de l'histoire de l'art. p. 53 sqq. — cf. Stephani. bullet. de l'acad. St. Pétersb. VI, (1848) p. 12. — Th. Bergk. Zeitschr. f. Altrthw. 1845 p. 974 sq

[3] cf. Plin. XXXIV, 51. CXXI (olympiade floruere) Cephisodotus, Timarchus cf. syll. 35.

[4] posteriore tempore duorum artificum inscriptione fortasse nihil aliud saepius significatum est, quam officina communis (cf. quod nos dicimus „Firma").

[5] cujus rei exemplum Nesiotes (cf. Pausan. I, 8, 5 — Lucian. philops. 18.

artificibus, qui una opera perfecissent, parem deberi gratiam sibi persuaserant.

Quod vero tot Graeci artifices una opera fecerunt, nostrorum temporum memor forsitan mireris; sed Pausaniae meminerimus V, 27 § 8: *ὁ Ἑρμῆς ὁ τὸν κριὸν φέρων . . . . . Ὀνάταν δὲ τὸν Αἰγινήτην σὺν δὲ αὐτῷ Καλλιτέλην ἐργάσασθαι λέγει τὸ ἐπίγραμμα· δοκεῖν δέ μοι τοῦ Ὀνάτα μαθητὴς ἢ παῖς ὁ Καλλιτέλης ἦν*, quod illum ideo addidisse puto, quod plerumque, qui una opera fecerunt, arctissimo familiae aut disciplinae (v. p. 41) vinculo erant conjuncti. Hoc autem exemplis, quae proposuimus, bene firmatur: undecim patres cum filiis inveniuntur (1: 4. 27. 29. 31; 2: 6. 7. 9. 12. 13. 17. 21.), — quod cum patres inscriptos inde originem duxisse viderimus (p. 42), multo saepius evenisse consentaneum est; — quindecim fratrum paria sunt (1: 1. 2. 5. 7. 20. 26. 28. 30. 32. 2: 1. 5. 8. 22. 25. 29) — et de fratribus Pausanias l. l. ex certis quibusdam causis non cogitasse videtur; — bis duodeviginti artifices, quorum de propinquitate nihil constat, certe ex eadem urbe exorti sunt (1: 3. 12. 14. 15. 19. 22. 23. 24. 25. 2, 2. 14. 16. 19. 20. 23. 24. 27.); bis quinque tantum, qui haud dubie inferiore aetate fuerunt, diversis patribus natos esse titulis docetur, (2: 15. 16. 24. 26. 28) ex quibus bis duo tantum (26. 28) diversas patrias habuisse videntur.

Haud saepe autem plus duo conjuncti inveniuntur (1: 27. 29. 2: 22).

Denique *καὶ* omissum (2: 3. 5. 6. 7. 8. 10.) et verbi faciendi dualis *ἐποιησάτην* (2: 2. 3.) antiquioris aetatis esse videntur.

Pausan. I, 23, 9 — syll. 10), fortasse etiam Timarchus Cephisodoti frater cf. Plin. XXXVI, 24.

CAPUT IV.

QUO IN USU STATUARII SCULPTORESQUE INSCRIPTIONES HABUERINT.

Ac primum quidem non cuivis operi auctoris nomen subscriptum esse per se patet; attamen inscriptiones praecipue ex florentissimo artis aevo perpaucae sunt. Ex CCCCL autem statuariis sculptoribusque, quorum nomina aetatem tulerunt, CXXVIII solum ex inscriptionibus fluxerunt, XXVIII tantum et in scriptoribus et in titulis inveniuntur, quod vel majoris momenti videtur cogitantibus nobis, Plinium quasi selectionem quandam bonorum artificum memoriae prodidisse, quorum quidem XVIII tantum inscriptiones habemus. Huc autem accedit, quod scriptores veteres inscriptiones, quas rarissimas easque a summis artificibus profectas attulerunt, inusitatas vel supervacaneas esse indicare videntur: Pausanias enim V, 10, 2 *Φειδίαν δὲ τὸν ἐργασάμενον τὸ ἄγαλμα* (Jovis Olympii) *εἶναι καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐς μαρτυρίαν*[1]. Quae cum ita sint, qua ratione artificum memoria a veteribus servata sit investigemus, quodsi exploraverimus et inscriptionum artificum usum melius cognoscemus.

Si quis igitur unde Graecorum artificum notitiam veteres hauserint, quaesiverit, et inscriptionibus, de quibus v. p. 36 nott., et memoriae plurimum tribuet eam ob causam, quod apud aequales vel summorum artificum nulla fere mentio invenitur. Quod enim Plutarchus (Periclis vitae cap. XIII) de operibus dixit, quibus Pericles potissimum urbem ornavit *κάλλει μὲν γὰρ ἕκαστον εὐθὺς ἦν*

---

1 Cf. Plin. XXXV, 28.

τότε ἀρχαῖον ita, ut solum fere antiqua monumenta pulchra habita esse videantur, in omnem Graecorum artificum mentionem cadit. Itaque veterum artis historia sero tandem exstitit[1]; et ut Duridem hominem nimis credulum omittamus[2], primus Xenocrates[3] accuratius in artificum historiam inquisivisse videtur; sed ne hunc quidem res usque ad sua tempora deduxisse eo efficitur, quod, si Plinio credimus (XXXIV, 83), utrum Tisicratis discipulus an Euthycratis fuisset, dubium erat: hic autem Lysippi filius erat, ille (Tisicrates) hujus filii discipulus; ita si Xenocrates aequalem artem illustrasset, utrum magistrum habuisset, incertum esse non potuit. Illi igitur qui de artificibus scripserunt, unde sumserunt sua?

Monumentorum publicorum quidem auctores in columnis, quas sumptibus factis inscriptas et publice positas esse constat, legebantur, cujus rei egregia testimonia rationes illae relatae (syll. B n. 1 sq.), quibus, qui Erechtheum extruxerunt et ornaverunt, aeternae memoriae proditi sunt; huc quoque fortasse referri potest, quod Dion Chrysostomus dixit (or. XXXI p. 377 Emper.) *δημοσίᾳ τοὺς ἀνδριάντας ἀπεγράψασθε ὑμεῖς;* et ex illis rationibus artificum nomina posteriore tempore hausta esse Plutarchi Periclis. vit. cap. XIII ostenditur *Φειδίας εἰργάζετο μὲν τῆς θεοῦ τὸ χρυσοῦν ἕδος καὶ τούτου δημιουργὸς ἐν τῇ στήλῃ εἶναι γέγραπται*[4]; sed hoc

---

[1] Egger. rev. arch. tom. III (1846) p. 447 in commentatione quae est de Polemone periegeta.

[2] Brieger. de fontibb. nat. hist. Plin. libbr. XXXIII—XXXVI p. 30, 61; illum Duridem Samium esse, quod negavit Vossius (p. 194 ed. Westerm.), omnes viri dd. nunc consentire videntur: Brieger. l. l. C. Müller. frgmm. hist. gr. II p. 466 sqq. Knight Watson. de veterib. scriptoribus qui de arte et artificibus scripserunt, Journal of classical and sacred philology, Cambridge 1854. I p. 364. qui Briegerum effugit.

[3] Brieger. l. l. p. 17.

[4] quod de rationibus curatorum operum dictum esse Odofr. Müller. credidit (de Phidiae vita et operibus p. 29 not. a), quem impugnavit R. Rochettus (questions de l'hist. de l'art p. 28 not. 3.) qui si Plutarchus illud voluisset, ei scribendum fuisse *ἐς στήλην* vel *ἐν στήλῃ* ex decretorum usu censuit; quod satis absurdum: nam articulus, quo bene usus est Plutarchus agens de certa columna jamdiu perfecta, in decretis recte omittitur, columnae enim non jam sunt. Deinde quod Rochettus (l. l.) *στήλην* hic accepit pro *βάθρῳ*, probari non potest: *στήλην* quidem dici de basi, in qua opus aliquod ponitur, et Pausaniae I, 16 paragrapho 6, quam R. laudavit, et III, 18, 7 (*ἀνὴρ πένταθλός ἐστιν ἐπὶ στήλης*) et X, 24, 2 (*θεάσαιο ἂν καὶ εἰκόνα Ὁμήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ*) satis firmatur; sed promiscue

in publica valet monumenta[1]. Et quamquam privati quoque homines si quod opus perficiendum locaverunt, pactiones fecerunt[2], hae certe non diu servatae sunt; quodsi essent, nemo hominum, ut alicujus operis auctorem cognosceret, inspexisset. At jure dicat quispiam, ne eos quidem artifices, qui in publicis rationibus perscripti erant, satis gloriae suae providisse, raro enim illas esse perlectas et majorem memoriae spem illos habituros fuisse inscriptis nominibus in ipsius operis basi, in qua dedicantes quidem iterum insculpti sunt. Quodsi fecissent artifices, profecto non tam multi oblivione obruti fuissent, quod Pausanias saepissime dictis *οὐκ ἴσμεν, οὐ μνημονεύουσιν* indicavit. Qua re jam movemur, ut quantum memoria ad artificum nomina servanda valuerit, quaeramus.

Ac primum meminerimus civitates ipsas et magnos artifices et eximia opera sibi summo honori duxisse[3]; itaque Pausanias (V, 23, 7) Aristonem et Telestam statuarios non per totam Graeciam celebratos esse ex hoc collegit: *εἶχον γὰρ ἄν τι καὶ Ἠλεῖοι περὶ αὐτῶν λέγειν καὶ πλείονα ἔτι Λακεδαιμόνιοι πολιτῶν γε ὄντων;* et singulari quodam gaudio videntur praeclari artifices a civibus suis dicti esse *ἐπιχώριοι*: Gitiadas (Paus. III, 17, 2), Theocosmus (I, 40, 4) Callistonicus Thebanus (IX, 16, 1) Libon

---

στήλην et *βάθρον* usurpata esse nego, immo formis diversa fuisse videntur; itaque cum Pausanias I, 24, 7 Minervae Virginis basim *βάθρον* diserte dixerit, Plutarchus haud dubie columnam rationibus inscriptam intellexit.

[1] horum in auctoribus cognoscendis scriptores certe per eos adjuti sunt, qui inscriptionum colligendarum negotium sibi sumserant v. Boeckh. C. I. tom. I introd. p. VIII.

[2] C. F. Hermann. Privatalterth. § 68, 13.

[3] imprimis consulendus H. Frohberger. de opificum apud veteres Graecos conditione diss. I (Grimae 1866) p. 5 not. 5 sqq. Cicero. in Verr. act. II or. IV § 134. 135.

Neque geographi quibus artificibus urbes nobilitatae erant omiserunt: Strabo. XIV p. 642 Ephesus ... *ἄνδρες δὲ ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ .... καὶ Παρράσιος ὁ ζωγράφος καὶ Απελλῆς.* cf. Steph. Byz. s. vv. *Ἀνθηδών. Ἀλεξάνδρεια, Κύθνος, Ἠλεκτρίδες νῆσοι.*

Plut. glor. Athen. II *πολλῶν μὲν δὴ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ παὶ τροφὸς εὐμενής τεχνῶν γέγονε τὰς μὲν εὑραμένη καὶ ἀναφήνασα πρώτη, ταῖς δὲ δύναμιν προσθεῖσα καὶ τιμὴν καὶ αὔξησιν· οὐχ ἥκιστα δὲ ὑπ' αὐτῆς ζωγραφία προῆκται καὶ κεκόσμηται*, deinde Apollodori, Euphranoris, Niciae, Plistaeneti (immo Panaeni) Phidiae fratris mentio fit.

architectus, qui Jovis Olympii templum extruxerat (V, 10, 3.). Atque hoc memoriae propagandae genus cum ex patriae amore profectum esset, mox certe ii extiterunt, qui id negotium sibi sumserunt, exegetae[1], qui »hospites ad ea, quae visenda sunt ducere solent et unumquidque ostendere« (Cic. in Verr. act. II or. IV § 132), quos praecipue in praeclaris urbibus et templis familiae vinculis connexos fuisse[2] consentaneum est ita, ut a patre filio quae memoria digna erant, proderentur. Et illi artificum memoriam servarunt; non vero cujusvis operis auctorem posteris tradiderunt: ita jam Herodotus cum I, 51 enarraverit a Croeso duos crateras, argenteum et aureum Delphos missos esse, aureus a quo perfectus esset, quamquam haud dubie pretiosior fuit, non rettulit, cum argenteum Theodori Samii opus esse tradiderit *οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι;* itaque quod arte effectum est, etiam artificem nobilitavit, quod eo venit, ut, etiamsi eorum, qui opera dedicaverant, nomina oblitterata erant, auctores non essent oblivione obruti; quod Pausaniae I, 2, 3 confirmatur: *ἔστι δὲ τάφος οὐ πόρρω τῶν πυλῶν ἐπίθημα ἔχων στρατιώτην ἵππῳ παρεστηκότα· ὅντινα μὲν οὐκ οἶδα, Πραξιτέλης δὲ τὸν ἵππον καὶ τὸν στρατιώτην ἐποίησεν.*

Quae cum ita sint, summis artificibus cordi esset non fuit necesse, ut inscriberent nomina in operum basibus, praesertim cum artificia publice dedicata perfecissent[3]. Nam paullo aliter res se habebat in privatorum monumentis, quos artificum laudem in suam vertisse in epigrammatis intelleximus p. 17; et horum sane plurimum intererat, ut, cum opera a summis artificibus perfecta dedicarent, eorum nomina basibus inscriberentur; inde Cresilae titulus 16, Praxitelis 30, Leocharis et Sthennidis 31, 32.

---

[1] de his disputavit L. Prellerus in libro quo, Polemonis periegetae fragmenta continentur (p. 161 sqq.) cf. Lobeck Aglaopham. p. 29—31. Quod conjici potuit, exegetas ut in fabulis enarrandis et fingendis ingenia sua nimis curiosa exercuissent, ita opera summorum artificum nominibus immerito saepius ornasse, rarius fuisse videtur. Pausanias enim haud paucos artifices attulit, quos valde ignobiles fuisse probabile est (cf. V, 23, 5, VI, 14, 3 v. p. 44).

[2] exegetarum familiae fuerunt, qui jus sacrum interpretabantur C. F. Hermann. Gottesdienstl. Alterthüm. § 1, 12. Phidiae gens Phaedyntae Paus. V, 14, 5.

[3] ita Romani, etiamsi voluissent (v. p. 10 sq.), statuis raptis saepissime auctorum nomina subscribere non potuissent.

Fuerunt quidem[1], qui quod monumenta publice dedicata haud saepe artificum nominibus inscripta esse titulis, qui tunc reperti erant, probari videbatur, legi cuidam tribuerent, qua sacris simulacris vel omnibus operibus publice dedicandis nomina adscribere auctores vetiti essent, quam legem fuisse cur negemus, et ex iis, quae modo disputata sunt et quae nunc exponentur, cognosci potest.

Incipiamus a Ciceronis Tusculann. disputt. l. I § 33, ubi scriptor, cum et principes et poetas immortalitatis cupidos esse affirmaverit, haec addidit: »sed quid poetas? opifices post mortem nobilitari volunt: quid enim Phidias sui similem speciem insclusit in clipeo Minervae, cum inscribere non liceret?« pro non legendum esse nōn i. e. nomen post alios, quos Odofr. Müller. improbavit (de Phidiae vita et operibus p. 29 not. a) R. Rochettus censuit (l. l. p. 21 sq.): minus apte, ut opinor. Non enim qua arte quis gloriam et immortalitatem captet, hic refert, sed omnes captare; si scriptum esset nomen, intelligeremus Phidiam id potissimum egisse, ut sui ipsius speciem posteris traderet, sed id omnimodo egit, ut post mortem nobilitaretur, itaque cum inscribere non liceret, alia usus est ratione. Sed Phidiae inscribere non licuisse Rochettus (l. l. p. 24 sqq.) negavit, quod Plutarchus (Pericl. v. 13) tradidisset *ὁ δὲ Φειδίας εἰργάζετο μὲν τῆς θεοῦ τὸ χρυσοῦν ἕδος καὶ δημιουργὸς ἐν τῇ στήλῃ εἶναι γέγραπται*, ubi nos quidam columnam, in quam rationes perscriptae erant, significatam esse conjecimus (p. 55 not. 4). Verumtamen nobis quoque, ut Datio (vite de' pittori antichi p. 106) et Rochetto, Cicero in errorem incidisse videtur. Quid quod Phidias Periclem quoque pugnantem in clipeo expressit? quod certe

[1] H. K. E. Köhler. Ehre d. Bildsäule bei den Griechen (Schriften d. Münchener Academie 1816-17 VI = ges. Schriften herausg. v. Stephani VI p. 245 sqq.) p. 331. F. G. Welcker. syll. n. 120 p. 168 „ne in statuarum quidem publice decretarum titulis artificis nomen exprimi solebat.“ Quatremère de Quincy: Jupiter Ol. p. 241 artificibus inscribere non licuisse voluit. Paullo aliter Letronn. (mém. de l'acad. des inscr. XV, 2 p. 167-8) judicavit, qui ita disputavit: ex inscriptionibus, quae aetatem tulerunt, dubitari non potest, quin artificibus fuerit permissum nomina monumentis privatis vel in templis dedicandis inscribere; quod quidem facere ab emptoribus vetari potuerunt et saepius certe vetiti sunt, cum deorum simulacra fecissent in templis publice dedicanda; cujus rei exemplum Phidiae attulit. Letronnium R. Rochettus in libro, qui inscriptus est questions de l'histoire de l'art, (p. 4—42) refellere studuit.

eandem ob causam fecit ac sui ipsius speciem ibi inclusit, non quo inscriptio esset negata, sed quod et amici et ipsius memoria diutius esset mansura, et species expressa in clipeo inscriptione vel honorificentior esset. Quod aliter se habuisse ne quis Plutarchum testem citet (Pericl. c. 13): *ἡ δὲ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν*, quasi optime Ciceronis dictis concineret, nam vide modo, quae sequuntur: *καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν πρὸς Ἀμαζόνας μάχην ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν αὐτοῦ τινα μορφὴν ἐνετύπωσε .... καὶ τοῦ Περικλέους εἰκόνα παγκάλην ἐνέθηκε;* invidia igitur, qua fortasse artifici inscriptionem negatam esse dicant, ex imaginibus illis potissimum exorta est.

Ac nos quidem, nisi forte Cicero ipse ut Phidiae rationem insolitam explicaret, inscribere ei non licuisse suspicatus est, ex imaginibus in Minervae clipeo expressis illam fabellam fictam esse arbitramur. Quod a veterum more non abhorruisse luculenter iis efficitur, quae de Saura et Batracho ferebantur: Plinius enim (XXXVI, 42) tradidit haec:

»Nec Sauram atque Batrachum oblitterari convenit, qui fecere »templa Octaviae porticibus inclusa natione ipsi Lacones. Qui»dam et opibus eos praepotentes fuisse putant ac sua impensa »construxisse inscriptionem sperantes, qua negata[1] hoc tamen alio »modo usurpasse: sunt certe etiamnum in columnarum spiris in»sculpta nominum eorum argumento lacerta atque rana.«

Capitulum sane extat his animalibus ornatum (Winckelm. mon. ined. 206), sed fictam fabellam ex animalibus expressis esse et Plinius satis dilucide indicavit (quidam putant — sed id solum certum est illa animalia esse insculpta) et R. Rochettus (l. l. p. 11 sqq.) probavit. Nuperrime autem Stephanius recte monuit (Compte-rendu 1865 p. 198) lacertas et ranas columnis haud dubie saepius insculptas esse, quod mala prohibere credebantur. Veteres autem et Graeci et Romani ad talia fingenda eo proniores fuisse mihi videntur, quoniam haud raro animalibus nomina expresserunt.[2].

---

[1] inscriptio votiva intelligitur; artificibus nomina inscribere operibus Romae licuisse Plinii XXXV, § 154 confirmatur.

[2] Winckelmann. Versuch einer Allegorie cap. V. — Michaelis. Arch. Ztg. 1859 p. 24. Conze. Arch. Anz. 1864 p. 217*. — Friederichs. Baust. n. 377 p. 207 cf. Plutarch. Cic. cap. I. (IV p. 238 Sinten.)

Verumtamen sive quod Cicero narravit, verum existimas sive ex imaginibus fictum, inscriptiones penes artifices fuisse ex eo manifestum est: dicit enim insolita ratione Phidiam usum esse contra insolitam legem. Quid quod Lucianus (imagg. 4) Phidiam nomen Lemniae inscribere dignatum esse (ἠξίωσεν) tradidit? adeo inscriptio ex artificis arbitrio pendebat; non vero dubitari potest, quin illa statua a Lemniis publice dedicata sit (Paus. I, 28, 2). Sed ne multa, accipe hunc titulorum indicem, qui ad publica monumenta pertinent artificum nominibus ornati:

18. 23. 34. 35. 40. 54. 70b, c. 71. 72d. 76. 84. 85. 116, a. 118. 119, a. 151. 152. 158.

Uno verbo attingam, quod Letronnius (l. l. p. 169) conjecit, haud paucas artificum inscriptiones posteriore tempore operibus adjectas esse, quippe quae summis laudibus artifices efferrent, ut Onatae (Paus. V, 25, 10):

πολλὰ μὲν ἄλλα σοφοῦ ποιήματα καὶ τόδ' Ὀνάτα
ἔργον, ὃν Αἰγίνῃ γείνατο παῖδα Μίκων.

Ac primum quidem solum poeticae inscriptiones disertiores sunt, de quibus v. p. 16 sqq., deinde artificum laudem et emtoribus operum summo honori fuisse per se patet (v. p. 57 et 17 sq.): horum igitur intererat, ut artifices quoque celebrarentur; quae cum ita sint, cur posteri talia epigrammata operibus subscripserint, non video; quamquam aliter res se habebat, cum seriore tempore summorum artificum opera denuo dedicarentur v. p. 19 et scr. 22.

Attamen perpaucae tantum statuae ex tot milibus, quae manserunt, auctorum nominibus insignes sunt, quamquam multo plurimae posteriore tempore factae sunt, quo mos fuit, ut artifices in plinthis vel in statuis ipsis inscriberentur (v. p. 62). Sed neque Graecos neque Romanos ea delectabant in artificiis, quae nos summopere commovent, nova et non jam ab aliis tentata: hinc illa similium statuarum copia, quarum auctores semper se nuncupasse vel in basibus nunc perditis veri dissimillimum est. Si quis quando optime alicujus dei aut herois figuram expresserat ita, ut hominum cogitationem aequaret (vel etiam superaret, quod de Phidiae Jove dictum est Dion. Chrys. XII p. 241 Emper. Quintil. XII, 10, 9), non erat, cur posteriores artifices in eodem numine fingendo alia sectarentur, et ne sunt quidem sectati. Auctorum autem formarum

(»Typen«)[1] nomina denuo cuique pari vel simili statuae subscribi opus non fuit, cum apud veteres historiae artis quandam scientiam paullo eruditioris hominis fuisse ex scriptoribus vel infimae aetatis manifestum sit.

Quae cum constituerimus, expediti aggrediamur ad inscriptionum historiam breviter enarrandam.

Atque antiquissimi quidem artifices nomina omnibus fere operibus subscripsisse videntur ita, ut illa aetate nullum artificium auctoris nomine non ornatum fuisse conjici possit; immo artificum tituli cum votivis tam arcte conjuncti sunt, ut nullum spatium intercederet (3, 4, 8a, 9, 10, a, b, c, 13, 14* cf. tab. I, b). Neque solum in statuis auctorum nomina inveniuntur (2, 3, 10, a, b etc.), sed etiam in anaglyphis (6, 7, 8, 12, 13) et protomis (4); et Parmenon eo processit, ut lapidibus quoque bene politis nomen insculperet *Παρμένων μ' ἐποίησεν*[2]; clarius artificum antiquissimorum animos indicant haec: *ποίημα Κλειπίδεο* (?) *εὔχομαι εἶναι* (5) et *Ἀλξήνωρ ἐποίησεν ὁ Νάξιος ἀλλ' ἐσίδεσθε;* et artificia quasi viva essent de se loquuntur *μ' ἐπόησεν* (2, 4, 5, 6): a superbia igitur, qua antiquissimi artifices operibus perfectis elati sunt, inscriptio originem duxit.

Deinde cum ars summum in fastigium evecta esset, cur inscriptiones rariores factae sint, jam intelleximus (p. 56 sq.); et ne optimi quidem artifices omnibus operibus nomina subjecerunt, sed iis tantum, quibus inscriptis se ipsos honorabant; ita Phidias Jovi Olympio versum adscripsit; ejusque de Lemnia iterum laudare liceat Luciani imaginum caput IV:

Λυκῖνος· — τῶν δὲ Φειδίου ἔργων τί μάλιστα ἐπῄνεσας; Πολύστρατος· τί δ' ἄλλο ἢ τὴν Λημνίαν, ᾗ καὶ ἐπιγράψαι τοὔνομα Φειδίας ἠξίωσε; similiter Pyrrhus (syll. 18) Minervae Hygieae, quam Athenienses dedicaverunt publice, subscripsit *Πύρρος ἐποίησεν Ἀθηναῖος;* sane honori erat artifici inscriptio, supra quam *Ἀθηναῖοι τῇ Ἀθη-*

---

[1] his de formis adhuc unus Heynius disputavit in commentatione de auctoribus formarum, quibus dii in priscae artis operibus efficti Comment. Gotting. VIII, p. XVI sqq.

[2] Conze Reise auf den Inseln des thrak. Meeres; Thasos p. 12. nostr. tab. VI, c. cf. v. p. 18 not. 2. et C. I. G. I n. 31 p. 48 et p. 886: in vasculo aeneo Olympiae reperto *Κοῖος μαπόεσε.*

ναίᾳ, ubi etiam nota artificem se non ex demo denominasse, quod usitatius (p. 43). Etiam versus illo tempore in usu mansisse vidimus p. 17, sed hi quoque summis tantum operibus inscripti sunt. Neque omnia omnium generum artificia auctorum nominibus ornata sunt, sed statuae solum, quarum in basibus minoribus litteris, ut decet, scripti et satis magno intervallo a votivis titulis distantes, artificum tituli inveniuntur, qui usus et posteriore tempore et omnibus in regionibus obtinuit ita, ut ex eo artificem inscriptum possis cognoscere. Athenis autem cum summi artifices fuissent, increbuerunt et inscriptiones et patres inscripti et demotici; et mediocres artifices nominibus inscriptis sane multo majorem memoriae spem habuerunt, eorumque inscriptiones a scriptoribus qui de arte agebant non esse neglectas intelleximus (p. 36 sqq. nott.)

Rhodiorum autem artificum satis multi patres, omnes patrias operibus inscripsere; quibus ex inscriptionibus et artem a gentibus haud raro propagatam et a republica honoratam esse (66, 71, 74) elucet. Inscriptiones omnes fere eadem forma sunt ita, ut aspicienti moveatur suspicio, ibi artem quasi negotium a multis mediocribus artificibus esse exercitam; quorum revera perpauci tantum a scriptoribus inter artifices insigniores relati videntur [Chares, Pythocritus (Plin. XXXIV, 91) Aristonidas (XXXIV, 140) tres Laocoontis auctores (XXXVI, 37)].

Deinde cum artes Romam migravissent, omnes fere artificum inscriptiones disertissime compositae sunt (quamquam cf. p. 41), quod artificum animos satis vanos indicat[1]; mutatus est et locus inscriptionis: antiquissimus enim mos (syll. n. 2) recurrit, ita ut in plinthis et statuis ipsis auctorum nomina inscriberentur. Quod ne aequo nimis artificum superbiae et arrogantiae crimini vertas, artis conditio erat mutata: nam artificia, cum in Graecia urbes ornarent semper mansura in iisdem basibus, a Romanis in villarum exilia pulsa saepius certe locis mota sunt; artificum autem inter-

---

[1] v. p. 45, ubi adnotavimus, ethnicis Graecos artifices Romae artis commendandae causa usos esse; adde quod Romani artifices cum rarissime tum statuis honorariis nunquam nomina inscripserunt; egregium sane testimonium et illas statuas quasi merces emtas et venditas esse et domesticam artem apud Romanos humilem fuisse, peregrinam unice esse aestimatam.

erat, ut et ipsorum nomina statuis peregrinantibus inhaererent[1]. Cum autem omnes artifices, quos statuis ipsis inscriptos repperimus, ut antiquissimos mittamus, Romanae dominationis aetate vixisse videantur, recte forsitan illum morem illius aetatis fuisse judicemus[2]. Sed etiam alii mores antiquissimi inferiore aetate recurrerunt: anaglypha (105, a (?) 106, 131, 145, 149, 161) et protomae (110) auctorum nominibus ornata sunt; versibus et inferiore aetate artifices usi sunt (134), ethnica posuerunt post verbum faciendi (145 cf. p. 20), denique, quod conjectura assecuti sumus (p. 26) imperfecta antiquissimos secuti usurpaverunt. Artifices autem non veriti sunt exemplaria quoque suis nominibus ornare (cf. imprimis 170) et, ne quid labente aevo omitteretur, se artifices esse diserte addiderunt misera vanitate commoti (149 cf. 165)[3]. Ita inscriptio semper quidem superbiam operis perfecti indicavit, sed mutata sunt artificum ingenia et quae ipsi de se et operum dignitate existimarunt.

---

[1] huc accedit, quod et Romanorum et Tuscorum jam antiquitus fuisse videtur operibus ipsis nomina inscribere v. append. titt. artiff. Roman. 1. 2. 3. Müller-Wieseler. D. a. K. I n. 287. 290—292. Micali monum. per servire alla storia d. nat. pop. ital. tab. XXXVIII, XLII, 4. XLIV. Mus. Gregorian. I tab. XLIII. XLIV.

[2] jam vide, quid censeas de inscriptione, quam ad Venerem, quae in Melo insula reperta est, pertinere voluerunt; syll. n. 153.

[3] posteriore tempore inscriptiones frequentatas esse etiam ex Zenobio cognosci potest, qui, quod Plinius haud dubie Graecos scriptores secutus dixit (XXXVI, 17) Phidiam e suis operibus pleraque nomini Agoracriti donasse, lib. V, 82 ita tradidit ut Phidias illi inscriptionem sui nominis permisisse videatur, sane quia posterioribus inscriptio erat quam maxime usitata. cf. S. Basil. de utilitate e libbr. gentill. cap. § 51.

SYLLOGE EPIGRAMMATUM

STATUARIORUM SCULPTORUMQUE GRAECORUM.

ARTIFICUM TITULI VETUSTISSIMI IN ASIA ET AEGEI MARIS INSULIS REPERTI.

1. vid. tab. I, 1. c. Ol. 50.

Melo in insula:

Παῖ Διὸς Ἐκφαντοῖ δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

2. vid. tab. I, 2. c. Ol. 60.

Mileti in sacra Branchidarum via in sella figurae sedentis:

Ε[ὔδ]ημος με ἐποίειν

Ἐ[χέδ]μος Meinekius. *Ἐ[χέδ]ημος* Kirchhoff.
ἐποίει Meinekius. *ἔποιεν* Newton.

3. vid. tab. I, 3. c. Ol. 60.

Mileti in sacra Branchidarum via (*βουστροφηδὸν*):
Ὁἱ Ἀναξιμάνδρου παῖδες τοῦ Μανδρομάχου (*εἰκόνα* vel simile *ἀνέθεσαν· ἐποίησε δὲ Τερψικλῆς.*

4. ante Ol. 70.

Sigei repertus titulus (*βουστροφηδόν*):

Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ
Ἑρμοκράτους τοῦ Προκο-
νησίου· κἀγὼ κρητῆρα
κἀπίστατον καὶ ἡθμ-
ὸν ἐς πρυτανεῖον ἔ-
δωκα μνῆμα Σιγει-

1. Boeckh. C. I. I n. 3. Welcker. sylloge epigrammatum n. 119. Franz. elem. epigr. p. 57 n. 21. C. Keil. in Philologi tom. suppl. II (1863) p. 564 sqq. cf. A. Kirchhoff. Stud. p. 161 sq.
2. A. Meineke: Monatsber. d. Berl. Acad. 1859 p. 660. O. T. Newton: a history of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II, 2 p. 783. tab. XCVII n. 71. A. Kirchhoff. Stud. p. 140.
3. A. Meineke l. l. p. 661. Newton. l. l. p. 781 tab. XCVII, 67, 68. A. Kirchhoff. l. l. p. 140.
4. Boeckh. C. I. I n. 8. Franz. elem. epigr. p. 77. n. 32. imprimis consulendus Kirchhoff. (Stud. p. 133 sqq.)

εὖσι. ἐὰν δέ τι πάσχ-
ω μελεδαίνειν με, ὦ
Σιγειῆς. καὶ μ' ἐπό-
εισεν Αἴσωπος καὶ
ἀδελφοί.

c. Ol. 70. 5. tab. II, 5.

Ex *Paro* insula, ut videtur:

Ἄρτερι σοὶ τόδε ὄγαλμ[*α* sequitur dedicantis nomen et *ἀνέθηκε*.
Ἀσφαλίου μήτηρ θε[*ρ*]*σι*[*π*]*που*[*θυ*]*γ*[*ά*]*τηρ*.

Τοῦ Παρίου [*π*]*οίημα Κ . . . ο . δεο εὔ*[*χομαι εἶναι*.

Varias Boeckhii, Franzii, Keilii lectiones afferre non attinet, cum Kirchhoffius meliore apographo usus sit.

ARTIFICUM TITULI VETUSTISSIMI IN GRAECIA REPERTI.

c Ol. 65. 6. v. tab. II, 6.

Athenis in Phorbanteo, quod dicit Pittakis:

Αν]*τιλόχου ποτὶ σῆμ' ἀγαθοῦ*
Καὶ σώφρονος ἀνδρὸς
. . . . . ; in aversa lapidis parte:
Ἀριστίων
μ' ἐ[*π*]*όησεν*

7. v. tab. II, 7.

Athenis eodem loco:

Ἀγηρόχου . . . . ο
εὔ]*ξάμενος δεκάτην*

Γοργίας ἐποίησε

Ol. 70—80. 8. vide tab. II, 8.

Athenis servatur columna sepulcralis ad *Velanidezam* Atticae vi-

5. Boeckh. C. I. I n. 24. Franz. elem. p. 124 n. 51. C. Keil. in Philologi tom. suppl. II (1863) p. 567 sq. A. Kirchhoff. Stud. p. 173 sq. p. 250 sq.
6. *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική* 1858 n. 3293, 3294; Brunnius in „bulletino del instuto di corrispondenza archeol." 1859 p. 195. Overbeckius SQ. n. 355.
7. *Ἐφημ.* 1858 n. 3343; Brunnius l. c. p. 196. Overbeck. SQ. p. 467 n. 356a.
8. Figura delineata est in Rangabei antiquitt. gr. I n. 21; Stephanii comm. in musei rhenani nov. ser. tom. IV. tab. 1; Labordii „de Parthenone I

cum (*Φηγεύς*? Steph. s. v. *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες* cf. L. Ross. commentatt. archaeoll. I p. 227) reperta, in qua effictus est vir armatus stans cum hasta, cujus sub imagine:

Ἔργον Ἀριστοκλέους

Ἀριστίονος

8a. tab. II, 8a. Ol. 70—80.

Hieracae, in vico inter Hymettum et Pentelicum sito, in ecclesiae muro inclusa basis:

. . . . .
ἀνέθηκεν
Ἀριστοκλῆς ἐπό-
ησεν

9. tab. II, 9. c. Ol. 70.

Athenis repertus titulus in ecclesia ejus partis, quam nunc Palaeochori vocant:

ἐνθά]δε θ . . . . . κατέθη-
κε θανοῦσαν: Λ[αμπιτ]ὼ αἰδοίην γῆς ἀπ-
ὸ πατροίης: Ἔνδοιος ἐποίησεν

κατέθηκε Kekulé; omnes alii: *ἀνέθηκε*

10. tab. III, 10. Inter Ol. 75—80.

Athenis in arce inter propylaea et Parthenonem:

Ἐπι[χ]αρῖνο[ς ἀνέ]θ[ηκ]εν ὁ . . . . . .
Κρίτιος καὶ Νησιώτης ἐπο[ιησ]άτην.

ὁ[πλιτ]ο[δρό]μ[ος Ross. et omnes alii, sed cf. Michaelis.

---

tab. 7; Falkeneri museo antiquit. class. I p. 252. Overbeckii histor. art. I (2. ed.) p. 140 n. 21; titulum praeter eos ediderunt Brunn. histor. artiff. I p. 107 (cf. bulletin. 1859 p. 195) Overbeck. SQ. 356; Kekulé in indice signorum, quae Athenis servantur in Theseo p. 151 n. 362.

8a. C. I. gr. I n. 23. Rangabeus in antiquitt. gr. I n. 26. Lebas. inscr. tab. V, 1. Brunn. in histor. artiff. I p. 106. Overbeck. SQ. n. 355 cf. a Stephanio de scriptura monita in mus. rhen. nov. ser. tom. IV p. 3.

9. L. Ross. commentatt. archaeoll. I p. 91. Stephanius l. c. p. 2 tab. II, 1. Rangabeus l. c. I n. 22. Lebas. tab. IV, 2. Brunn. in historia artiff. I, 99. Kekulé l. c. (ad num. 8) p. 142 n. 346. Overbeck. SQ. n. 352.

10. L. Ross. l. l. p. 164. Stephani l. c. p. 6 tab. II n. 3; Rangabeus l. c. I n. 25. Lebasius inscr. p. 6 n. 39 tab. VII, 10. R. Rochettus in litter. ad Schorn. p. 265 Brunn. l. l. I, 103. Overbeck. SQ. 460.

Inter Ol. 75—80.

10a. tab. III, 10a.

Athenis in propylaeis:

. . . ας καὶ [Ὀ]ψιο[ς ἀν]εθέτην
τῇ Ἀθ]ηναίᾳ ἀπαρχὴν Ὀαθεν.
Κρίτι]ος καὶ Νησώτης ἐποιησάτην.

v. 1. *Καλλί]ας* Ross, alii. v. 3 *Κριτίος* Göttling., Dindorf., C. Keil. l. l. p. 561.

10b. tab. III, 10b.

Athenis in arce a Parthenone occidentem versus (*στοιχηδόν*):

Παρ]θένῳ Ἐκφάντου με πατὴρ ἀνέθη|κε καὶ υἱὸς
Ἐνθάδ' Ἀθηναίῃ μνῆμα||πόνων Ἄρεος
Ἡγέλοχος· μεγάλ[η]ς τε φ|λοξενίης ἀρετῆς τε
Πάσης μοῖραν|ἔχων τήνδε πόλιν νέμεται
5. *Κρίτιος καὶ Νησιώτης ἐποιησάτην*

sub titulo posteriore tempore scriptum est:

ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Λεύκιον Κάσιον
ἀρετῆς ἕνεκεν

v. 1. *Ἐκφαντώ* Pittakis., Bergk. *Ἐκφαντο[ς* Jahn., Michaelis.
v. 4. *δωρεὰν σχὼν* Pittakis., Bergk.

10c.

Inter Ol. 75—80.

Athenis in arce a Parthenone septentrionem versus:

. . . . κλεε . . . .
Κρίτιο[ς καὶ Νησιώτης ἐποιησάτην?

